R. P. FRANCISCI ARIAE SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

TRACTATVS DE ROSARIO B. VIRGINIS MARIAE,

QVO EIVSDEM ROSARII LEgendi recta methodus traditur, atque eximiæ illius vtilitates percenſentur.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Kinckium, ſub Monocerote.
Anno M. D. CXIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

APPROBATIO.

CVm in Tractatu R.P. Franciſci Ariæ Soc. Ieſu, De Roſario intemeratæ Virginis MARIAE *primò Italicè conſcripto, nunc demum in Latinum idioma translato, nihil inuenerim, quod non ſit valdè pium & orthodoxæ fidei conſonum, concedo, vt in lucem edatur.*

F. Gisbertus Spechtius Apoſtolicus inquiſitor. Prior frat. Prædicatorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO AD PIVM LECTOREM.

SACRVM hoc Roſarium, quod in Operibꝰ Religioſiſſimi iuxta & pijſſimi Abbatis Ludouici Bloſij, extat, tibi hic pie Lector nouis characteribꝰ exhibemus, eò quòd copiosè myſteria totius vitæ ac paſsionis IESV Chriſti Domini & Seruatoris noſtri, ac Beatiſs. Virginis MARIAE matris eius complectatur: talique cum artificio compoſitum ſit, vt quilibet orationes illius recitando, memoriam ſimul agat ſacratiſſimorum horum myſteriorum, quod maximè in exercitio Roſarij requiritur, vt nimirum per illorum myſteriorum memoriam

& conſiderationẽ anima ſe ſum-
mis hiſce beneficijs gratam pro-
bet, atq; ad veram deuotionem,
virtutumq́; amorem accendatur.
Eſt autem Roſariũ hoc in quinq;
partes diuiſum: quarum vnaquæ-
que decem myſteria cũ totidem
ſalutationibus Angelicis, & vna
oratione Dominica cõplectitur.
Oratio Dominica cuilibet harũ
partium præmittitur, adeoq́; in
toto quinis tantum vicibus itera-
tur. Salutatio Angelica vnũquod-
q́ue præcedit myſteriũ, cui my-
ſterium ipſum ſubiungitur, ita vt
denis vicibꝰ in qualibet parte re-
petatur, adeoq́; totum Roſarium
ex quinis Orationibus Domini-
cis, & quinquaginta ſalutationi-
bus Angelicis conſtet: Maius ve-
rò ex quindecim Orationibus
Dominicis, & Salutationibus
Angelicis centum & quin-
quaginta.

SER.

Digitized by Google

SERTVM BEATAE VIRGINIS MARIAE QVINQVEPARTITVM,

Vita & geſtis IESV Chriſti pulchrè exornatum.

PARS I.

ORATIO DOMINICA.

PATER *noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen.*

SALVTATIO ANGELICA.

AVE *Maria gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui* IESVS *Chriſtus.*

Sancta Maria mater DEI, *ora pro*

nobis miſeris peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtra, Amen.

1. *Incarnatio Chriſti.* O benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem tu virgo puriſſima Angelo nunciāte de ſpiritu S. in ciuitate Nazareth cōcepiſti, ac nouē menſibus in caſtiſſimo vtero tuo geſtaſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeam', & eum teq; videre mereamur in cælis, Amen.

2. *Viſitatio B. Virginis.* *Aue Maria, &c.*]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quo concepto, tu Deo plena ad Elizabeth cognatam tuā cum feſtinatione perrexiſti, & eam ſalutaſti, eique humiliter ſeruiuiſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

3. *Natiuitas Chriſti.* *Aue Maria, &c.*]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem in Bethleem, in vili ſtabulo tu virgo inuiolata, nō ſolum ſine dolore, ſed etiam cum ineffabili gaudio peperiſti, na-

ſti, natumque, mox vt verum Deum deuota mēte adoraſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem infantulum vagientem virgineo lacte pauiſti, panniculisq; inuolutum in præſepio ſuper fœnum & ſtipulas reclinaſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 4. *Collocatiō Chriſti in præſepio.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrū IESVM, quē recens natum Angeli paſtoribus gratulabundi nunciauerunt, & eum lætis vocibus collaudantes, pacem hominibus bonæ voluntatis cecinerūt. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tu IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 5. *Paſtorum manifeſtatio.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimum 6. *Paſtorum adoratio.*

 Redem-

Digitized by Google

Redemptorum noſtrorum IESVM, quem paſtores feſtinante pergentes in Bethleem, inuenerunt poſitum in præſepio, & eum adorauerunt cum ingenti admiratione & gaudio. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eũ teq; videre mereamur in cælis, Amen.

7. *Chriſti circũciſio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui octauo à Natiuitate ſua die dignatus eſt puriſſimum ſanguinẽ pro nobis fundere & circumcidi, atque ad noſtram conſolationem IESVS nominari. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amẽ.

8. *Magorum adoratio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem Magi ab Oriente venientes piè quæſierũt, & magno gaudio perfuſi ſtella duce in Bethleem peruenerunt: ibique illum humiliter adorãtes, aurum, thus, & myrrham deuotè ei obtulerunt. Fac vt ipſi dulciſſimo filio

tuo

tuo IESV Chriſto placeamus, & eũ teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c. O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem die quadrageſimo in templum iuxta legis pręſcriptum detuliſti, & hoſtia pauperum redemptum, DEO Patri gratiſſimo corde obtuliſti: Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 9. *Præſentatio in tẽplo.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem in AEgyptum propter metum Herodis, monitu Angeli matre fideliſſima deportaſti: tandemque eum inde in ciuitatẽ Nazareth retuliſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 10. *Fuga in Ægyptũ.*

Laus Trinitati fulgidæ, Patri, Nato, Paracleto, laus virgini Deiparæ, nunc & per omne ſeculum, Amen.

Digitized by Google

PARS II.

Pater noſter, &c. Aue Maria, &c.

11. *Inuentio Chriſti in templo.* O Benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem tu virgo mater cùm eſſet annorum duodecim in Hieruſalem perdidiſti, & eũ mœſta requirens, poſt triduum in templo læta inueniſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

12. *Chriſti obedientia & ſubiectio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem tibi ſubditum materna cura ſedulò enutriſti, & nihilominus ei tãquam altiſſimo Deo, ſanctam reuerẽtiam ſemper exhibuiſti. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

13. *Chriſti baptiſmus.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorẽ noſtrum IESVM, qui anno ætatis ſuæ triceſimo, in Iordane flumine humiliter à ſeruo ſuo Ioãne bapti-

baptizari voluit, cum tamen ipſe innocens Agnus Dei, nullam vnquam peccati maculam contraxit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, nihil manducans ieiunauit, ſicque cum feris Dominus cæli & terræ habitauit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 14. *Chriſti ieiunium in deſerto.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorē noſtrum IESVM, qui pro ſalute noſtra tentari à Diabolo non recuſauit, & quomodo Satanā vincere nos oporteat, demonſtrauit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eū teq; videre mereamur in cælis, Amen. 15. *Tentatio Chriſti à Diabolo.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Re- 16. *Prædica-*

tio Christi & vocatio Apoſtolorum. demptorem noſtrũ IESVM, qui per vrbes, vicos, & caſtella iter faciens, Euangelium regni cælorũ ſtudioſè prędicauit: & labores fatigationemq́ue corporis propter nos libenter ſuſtinuit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq́ue videre mereamur in cœlis, Amen.

17. Vigiliæ & orationes Chriſti. *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrũ IESVM, qui crebrò in oratione pernoctauit: & famem, ſitim, frigus, æſtum, variaſq́ue perſecutiones mitiſſimo corde noſtri cauſa pertulit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq́ue videre mereamur in cælis, Amen.

18. Miſericordia Chriſti in peccatores & miracula. *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrũ IESVM, qui conuerſans inter homines, omnibus afflictis miſericorditer ſubuenit, ac ſigna plurima fecit, & Mariæ Magdalenæ, alijſq; peccatoribus verè pœnitentibus, veniam prõptiſſimè dedit

dit, ſeq; eis familiarem præbuit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui coram tribus diſcipulis in monte trãſfiguratus, facie ſicut ſol refulſit, & excellentiam glorioſi corporis magnificè oſtendit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 19. *Transfiguratio Chriſti in monte.*

Aue Maria, &c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui veniens Hieroſolymam, vt pro nobis pateretur, Rex humilis & mãſuetus aſinæ inſedit, atque inter laudes quæ ei à populo canebantur, videns ciuitatem, lachrymas effudit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 20. *Ingreſſus Chriſti in Hieroſolymam.*

Laus Trinitati fulgidæ, Patri, Nato, Paracleto, laus Virgini Dei-

paræ, nunc & per omne ſeculum, Amen.

PARS III.

Pater noſter, &c. Aue Maria, &c.

21. *Lotio pedum & inſtitutio venerabilis Sacramenti.* O Benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in cœna nouiſſima pedes diſcipulorum ſuorum poſitis genibus humiliter lauit: & præcellentiſſimum Euchariſtię Sacramentum inenarrabili charitate inſtituit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

22. *Oratio Chriſti in horto & ſudor ſanguineus.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui ingreſſus cum diſcipulis ſuis in hortū Oliueti, maxima triſtitia ꝓpter nos correptus fuit: & prolixè orans, ſudorem ſanguineum prę vehementia anguſtiarum toto corpore ſudauit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

23. *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis

uis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui inimicis ſuis obuiã proceſſit, eiſque vltrò ſe obtulit, & à Iuda proditore oſculum accipere non renuit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Chriſti ad paſſionem abitus & oſculum Iudæ.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſua- 24.
uis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorẽ noſtrum IESVM, quem viri impij irreuerenter comprehenderunt, & tãquam malefactorem ac latronẽ, duris vinculis ignominiosè ligauerũt. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq; videre mereamur in cælis, Amẽ.

Chriſti captura & ligatio.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſua- 25.
uis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui vinctus ad Pontificẽ cum opprobrio adductus fuit, & ab vno miniſtrorũ eius atrocem alapam ſuſcepit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Chriſti ductio ad Pontificẽ, & alapæ inflictio.

Aue Maria, &c.] O benigna & ſua- 26.
uis

Chriſti ad Caipham ductio. uis Maria. Placa clemẽtiſsimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in domo Caiphæ falſis teſtibꝰ fuit preſſus, & putentibus ſputis fœdatus, & ludibriosè velatus, & colaphis alapiſque inhumaniter cæſus, ac blaſphemijs indigniſſimè affectus. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq́ue videre mereamur in cælis, Amen.

27. *Chriſti præſentatio coram Pilato.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorẽ noſtrum IESVM, qui contemptibiliter ductus ad Pilatum, demiſſo placidoq́; vultu coram eo ſtetit, & ad falſas Iudæorum accuſationes humiliter tacuit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq́ue videre mereamur in cælis, Amen.

28. *Chriſti ab Herode illuſio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem Herodes ad ſe miſſum, ſapienterq́ue coram ſe ſilentem ſpreuit, & alba ridiculaq́; veſte tanquam fatuum induit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo

IESV

IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c.]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in prætorio fuit dedecorosè nudat9, & ad columnã inclementer ligatus, flagris crudeliſſimè conſciſſus, proprioque ſanguine miſerabiliter cruentatus. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 29. *Chriſti ad columnã flagellatio.*

Aue Maria, &c.]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quem homines iniqui chlamyde purpurea ad maius ludibrium veſtierunt: & acutis ſpinis coronauerunt, & nugatoriè adorauerunt atque ſubſannauerunt, & arundine percuſſerunt ac fœdè conſpuerunt, & diris alapis cæciderunt. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus; & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 30. *Chriſti coronatio ſpinea.*

Laus Trinitati fulgidæ, Patri, Nato, Paracleto, laus Virgini Deiparæ, nunc & per omne ſeculũ, Amen.

PARS IV.

Pater noſter, &c. Aue Maria, &c.

31 *Chriſti ad populum productio.* O Benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui geſtans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum, è prętorio fuit à Pilato productus, & Iudęis oſtēſus, atq; ab eis ad mortem crucis magno turbulentoq́ue clamore poſtulatus. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq́ue videre mereamur in cælis, Amen.

32. *Chriſti ad mortem condemnatio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, quē Pilatus morti iniuſtè adiudicauit, voluntatiq́; Iudęorum tradidit. Ipſe ergo mox ab eis trabe crucis oneratus, ignominiosũ hoc lignũ laceris humeris ſuis cum ingenti cruciatu patienter baiulauit, factuſq́; opprobrium hominum & abiectio plebis, humili-

militer ad Caluariam perrexit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria, &c.]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in loco Caluariæ Myrrhato fellitoque vino fuit potatus, ac veſtib' probroſè nudatus, & manus ac pedes clauis atrociter perterebratus, cruciq; affixus. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amẽ. 33. *Chriſti in felle potatio & crucifixio.*

Aue Maria, &c. O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorẽ noſtrum IESVM, qui nudus, vulneratus & contemptus in ligno Crucis pro nobis pepẽdit, amariſſimoſq; dolores pertulit: ac pretioſum ſanguinẽ ſuum fudit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 34. *Chriſti in cruce tormenta.*

Aue Maria, &c.]O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorẽ noſtrum IESVM, qui cum 35. *Chriſti pro crucifixoribus oratio.*

medius

medius inter duos latrones in Cruce penderet, & à Iudæis ſubſannaretur blaſphemijſq; impeteretur, humillimam patientiam exhibuit: & inſuper pro blaſphemis crucifixoribus ſuis Patrem exorauit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

36. *Latronis reconciliatio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui latroni verè pœnitenti, peccata omnia miſericorditer condonauit, & paradiſi gaudia liberaliſſimè promiſit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

37. *Matris diſcipulo commendatio.* *Aue Maria, &c.*] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemētiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui tibi dilectiſſimæ genetrici ſuæ ſub cruce ſtanti, atq; acerbè dolenti, intimè compaſſus eſt, & te Ioanni diſcipulo commendauit, eiq; ac nobis omnibus in matrem dedit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto

pla-

placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen.

Aue Maria,&c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui ſuam paſſionem ſine aliquo ſenſibilis cõſolationis releuamine tolerauit: vnde & grauitatem cruciatuum ſuorum indicans, ſe derelictum voce magna clamauit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 38. *Chriſti in cruce derelictio & amor.*

Aue Maria,&c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui exanguis in Cruce pendens, ſe vehementer ſitire eſt teſtatus; ſed felle & aceto in extrema illa calamitate fuit potatus. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cælis, Amen. 39. *Chriſti cũ felle & aceto potatio.*

Aue Maria,&c.] O benigna & ſuauis Maria. Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui morti vicinus ſpiritum ſuum in ma- 40. *Chriſti in cruce expiratio.*

nus

Digitized by Google

minauit, atque inſtruxit. Fac, vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teq; videre mereamur in cœlis. Amen.

Aue Maria &c.]O benigna & ſuauis Maria, Placa clemẽtiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui te chariſſimam genetricẽ ſuam, in cœlum aſſumptam, ſupra choros Angelorum exaltauit: Reginamq́ue & Imperatricem celſiſſimam conſtituit. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cœlis. Amen. 48. *B. Virginis aſſumptio.*

Aue Maria &c.]O benigna & ſuauis Maria, Placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM, qui in fine ſæculi venturus eſt iudex in maieſtate magna, vt reddat reprobis horrenda ſupplicia, & iuſtis æterna gaudia. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus, & eum teque videre mereamur in cœlis. Amen. 49. *Iudicium vniuerſale.*

Aue Maria &c.]O benigna & ſuauis Maria. Placa clementiſſimũ Re- 50. *Cæleſtis gloria.*

Digitized by Google

demptorem noſtrum IESVM, qui eſt amabilis,& deſiderabilis gloria beatorum: atque cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat DEVS in ſecula ſeculorum. Fac vt ipſi dulciſſimo filio tuo IESV Chriſto placeamus,& eum teque videre mereamur in cœlis. Amen.

Laus Trinitati fulgidæ, Patri, Nato, Paracleto, laus Virgini Deiparæ, nunc & per omne ſeculum. Amen.

DOCVMENTA QVAEdam, quibus partim deuotio fidelium in vſum Roſarij commẽdatur, partim eiuſdem recta vtendi, ac legendi methodus traditur.

Operæpretium mihi viſum eſt, pie Lector, Roſario huic documenta quædã ſubnectere, quę eiuſdem Roſarij cùm dignitatem

Google

ae valorem, tùm veram vtendi methodum patefacerent, quæ etiam ſpirituales ac diuinos fructus, quos piæ animæ ex eius diligenti ac crebro vſu hauriunt, demonſtrarent, quantumque vitæ ac paſſionis Chriſti, atque ſanctiſſimæ Matris eius conſideratio, vt in eodem Roſario fit, animæ proſit, edocerent, mediaque, quibus id faciendum ſit, præſcriberent. Diuiſus eſt autem à nobis tractatus hic in documenta, propterea quòd ſingula eorum doctrinam aliquam ſiue inſtructionem de puncto aliquo principali, quod ad Roſarium hoc maiori cum deuotione ac fructu ſpirituali recitandum adiumenti aliquid adferre poſſit, complectantur. Documenta in Paragraphos ſubdiuiſa ſunt, vt Lectores facilius ea legere, apprehendere, ac memoriæ commendare valeant.

Digitized by Google

DOCVMENTVM I.

Quo declaratur dignitas et valor huius Roſarij: quamque ſit Deo gratus, & animæ vtilis rectus eiuſdem vſus.

AD rectè intelligendum Roſarij huius valorem, neceſſariũ eſt, antiquitatem ipſius demonſtrare. Non enim eſt recens Eccleſiæ inuentum, ſed, quoad præcipuum eius obiectum omni tempore à pijs, ſanctis & à Deo inſtructis hominibus, iam inde ab Eccleſiæ exordio frequentatum fuit; hinc namq; omne illud auxilium, & veram conſolationem, quibus animæ illorum affluebant, hauſerunt.

Roſarium non eſt recens inuentum.

Nam præcipuum, in quo Roſarij huius vis conſiſtit; eſt myſteria vitæ ac paſſionis Dominicæ conſiderare, fidem, quam de eiſdem myſterijs habemus, in vſum conuertendo; quod nihil aliud eſt, quàm actu credere, & verbis confiteri fidem intus in corde latentẽ: atq; hac fide actuali & eiuſdem confeſſione ad virtutum ſtudia nos

Roſarij vis in quo conſiſtat.

nos excitare & animare. Cætera quæ in Roſario exercentur, quæque illi nomen hoc indiderunt, vti ſunt orationes, quæ in eo recitantur, numerus quoque & ordo meditationum hæc principalia non ſunt, ſed veluti media, quæ ad primum & principale, quod in exercitio hoc ſpectatur, ordinãtur: in his enim poteſt quædã admitti varietas, quamuis plurimũ momenti adferat ad maiores & excellentiores ex hoc exercitio fructus hauriendos, bonus ordo, forma, & numerus orationum ac meditationum, vti hic diſpoſitus eſt.

Præcipuum igitur & eſſentiale huius Roſarij fundamentum eſt fides actualis, vel actuum fidei exercitatio circa Chriſti myſteria. Ex quo patet, quam antiquum quantæque vtilitatis ſit hoc exercitium: quia ex eo tempore, quo peccatum in mundum introiuit, & animæ in æternarum pœnarum damnationem ruere cœperunt, nullum filij hominum rationis capaces, potius remedium habuere, quo à peccatis & ab hac dã- *Roſarij antiquitas.* *D. Thomas 2. 2. quæſt. 8. art. 7.*

natione eximerentur, quam credere fide actuali, & viua in ſaluatorem, quem DEVS quando, & quomodo ipſi collibitum fuiſſet, mundo daturus erat. Sub qua fide includebatur: credere in IESVM Chriſtum, & ipſius Incarnationem, Vitam, Paſſionem, & Reſurrectionem. Quæ myſteria iam inde à mundi exordio DEVS nonnullis, qui officijs & vitæ ſanctimonia cæteros antecellebant, clarè atque diſtinctè reuelauit: alijs vero, qui non erant admodum benè ad ea percipienda diſpoſiti, ea generaliter, & in communi, ſiue, vt vocant, implicitè patefecit.

Gen. 5. Gen. 22. Pſal. 131. Hæc DEVS ſpeciatim Adamo, Abrahamo, Dauidi, & alijs veteris teſtamenti Patriarchis & Prophetis detexit. Erat igitur illorum vnicum remedium, & ſolatium cum fide viua per charitatem conſiderare filij DEI incarnationem, natiuitatem, vitæ ipſius progreſſum, Paſſionem, & Reſurrectionem. Hoc ardentibus votis exoptabant: hoc aſſiduis precibus, vt adimpleretur, flagitabant: hoc

lex

lex illis data tot ſacrificijs & cære-
monijs adumbrabat: hinc mediante
pœnitentia, veniam peccatorum, vi-
tæ puritatem, conſcientiæ gaudium
& ſpei ſuæ ſolamen hauriebant. Vn-
de Chriſtus ait de Abrahamo: *Abra-* Ioan. 8.
*ham exultauit, vt videret diem meũ,
& vidit, & gauiſus eſt*. Et de Moyſe
S. Paulus Apoſtolus. *Maiores*, inquit, Heb. 11.
*diuitias æſtimauit, theſauro Aegyptio-
rum improperium Chriſti*. Idipſum
meditabatur & ſecum expendebat
Eſaias, cùm ait. *Paruulus natus eſt no-* Eſai. 9.
bis, filius datus eſt nobis. Et alibi: *Vul-* Eſai. 53.
*neratus eſt propter iniquitates no-
ſtras, attrit⁹ eſt propter ſcelera noſtra:
diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, &
liuore eius ſanati ſumus.*

Poſteaquam verò myſteria, quæ
veteribus promiſſa fuerunt, quæq;
illi à longè duntaxat intuiti ſunt, in
lege gratiæ adimpleta, ac fides, quæ
in Antiquis Patribus tecta quaſi &
clauſa erat; manifeſtata & detecta
fuit: manifeſtè liquet principale re-
medium, & animarum fidelium ſo-
latium ſemper fuiſſe exercitiũ hoc

fidei viuæ in Chriſtum Seruatorem
Rom. 3. noſtrum: ac proinde S. Paulus affirmat ſe per nihil aliud iuſtificationē animæ conſequi, quàm per fidem Chriſti; Eandem teſtatur eſſe remedium ſiue armaturam aduerſum omnes inimici tentationes. *In omnibus,*
Epheſ. 6. inquit, *ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere*, id eſt, inimici tentationes & machinamenta, vt vires amittant, neq; vobis nocumenti quicquā inferant. Et S. Petrus Apoſtolus
1. Petr. 5. hanc fidelibus porrigit pro armis validiſſimis, quibus contra poteſtates tenebrarum decertent. *Aduerſarius*, inquit, *veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Idem fuit exercitium omnium virorum Apoſtolicorum & martyrum Chriſti atque omnium ſanctorum Doctorū
S. Bernar. in cant. ſer. 43. & confeſſorum: ideoq; S. Bernardus dicit, hunc eſſe faſciculum myrrhę, quo ſponſa confortatur, ditatur, ſeſeque adornat, compoſitum ex omnibus amaritudinibus, cruciatibus

& tor-

& tormentis vitæ & Paſſionis Domini IESV Chriſti.

DEMONSTRAT, EAS LAVdes quæ fidei tribuuntur, fideli conſiderationi myſteriorum Domini et Seruatoris noſtri IESV Chriſti, quæ in Roſario exercetur, conuenire.

PARAG. I.

PRæſuppoſito eo, quod ex ſacris literis nimis quàm clarum & manifeſtum eſt, quod nimirum principale ſanctorum & iuſtorum veteris ac noui teſtamenti medium, quo ab omnibus malis, quæ per peccatum mundum hunc introierunt, eximerentur, & omnia bona, per Chriſtum collata, conſequerentur, omni tempore fuerit, fides viua in Dominum & Saluatorem IESVM Chriſtum, & in myſteria vitæ ac paſſionis eius. Quamuis enim alia quædam media bonorum operum, pœnitentiarum, ſatisfactionum, ſacramentorum, & ſacrificiorum ſemper

Digitized by Google

extiterint, nihilo ſecius attamē hoc medium fidei viuæ per dilectionem, fuit medium principale, & radix cæterorum omnium.

Fidē viuam dupliciter habent Christiani, alij actualiter, alij habitualiter.

Conſiderandum prætereà nobis eſt: hanc fidem viuam quam habem' de myſterijs Chriſti, nonnullos ex Chriſtianis habere tantum in habitu: quæ nihil aliud eſt, quàm qualitas quædam ſpiritualis, quam DEVS animæ infundit, & vtplurimum infundit per Sacramentum Baptiſmi: hac ratione fidem habent infantuli, rationis lumine adhuc deſtituti: & negligētes Chriſtiani, in magna DEI & rerum diuinarum obliuione atq; ignoratione vitam agentes. Nonnullos verò hanc fidem non modò in habitu; ſed etiam in actu, & exercitio habere: qui videlicet actu myſteria fidei Domini & Seruatoris noſtri IESV Chriſti credunt. Fides illa quæ duntaxat habitualiter Chriſtianis ineſt, parū aut omnino nihil quoad bonos mores & vitæ correctionem operatur, vti quotidiana docet experientia in fidelibus mortalibus

peccatis

peccatis implicatis, qui fidē in habitu tantummodo habentes, quãuis per illam ſint verè Chriſtiani, attamen in vita & moribus parum ab infidelibus, qui fide omnino carent, diſcrepant. Omne hoc malum prouenit illis, tanquam à radice, quòd non conſiderent, & in opus conferant, neque actu exerceant, ea quæ firmo cum aſſenſu credunt. Fides autem tũ in opus confertur, & actu exercetur, quando virtutem ſuam manifeſtat, & in eis, qui in gratia degunt, admiranda quæ diximus operatur: illos verò, qui gratia deſtituti ſunt, ad dolorem & ſalubrem de peccatis ſuis timorem incitat, & nonnunquam in illis conuerſiones mirabiles efficit. Itaque nihil aliud eſt ore proferre, ac mente reuoluere myſteria vitæ, paſſionis & glorificationis IESV Chriſti, quæ in Roſario comprehenduntur, quàm in opus conferre, & exercitare fidem quam habemus de Chriſto, & illius myſterijs: quia dum illa recitamus & meditamur, cum fide & conſenſu infallibili, quem illis

adhibemus, actu credimus. Vt autem S. Auguſtinus ait, Credere aliud nihil eſt, quam ea quæ à DEO reuelata ſunt, firma cum fide & aſsẽſu tenere. Cum igitur Chriſti fideles Roſarium recitant, adiuncta myſteriorum vitæ ac Paſſionis Chriſti conſideratione, (quiſque iuxta ſuam virtutem ac poſſibilitatem) exercent principale exercitiũ, quod Patriarchę, Prophetæ, Apoſtoli, & omnes alij ſancti exercuerunt: ſeque per illud diſponũt, vt ſi peccatis inuoluti ſint, inde poſſint emergere per veram contritionem ac pœnitentiam: quia horum myſteriorum firma cum fide conſideratio excitat, & mouet voluntatẽ ad peccati deteſtationem, DEI ſuper omnia dilectionem, & diuinæ legis adimpletionem, quæ eſt finis, ad quẽ hæc myſteria ordinantur. Si autem in gratia DEI viuant, vt in illa maius ac maius augmentum ſumere, adeoque in virtutibus ac meritis creſcere valeant: actus enim qui in meditatione rerum fidei, ab eo qui in gratia eſt, exercentur, magni ſunt meriti,

D. Auguſtinus de prædeſt. ſanct. c. 2.

quia

quia immediatè à tribus maximis virtutibus, Fide, Spe, & Charitate proficiſcuntur.

Quia ſi quis hæc myſteria ita vt debet, conſideret; primum actu illa credit per fidem intellectus: ex hac autem conſideratione oritur, quod voluntas expectet bona cœleſtia, & DEVM pro ſua immenſa bonitate illa promittentem diligat: qui ſunt actus Spei & Charitatis. Nonnunquam eadẽ conſideratio auxilio ipſi eſt ad omnes omnium animæ hoſtiũ tentationes ac molitiones profligãdas, & ad vniuerſarum virtutum abſolutionem conſequendam: ſicque affluenter meritorum & donorum IESV Chriſti, quæ per fidem viuam animæ communicantur, particeps redditur. Si enim homines ſancti & iuſti, qui ante mundi redemptionẽ vixerunt, per ſolam fidem actualem qua credebant in IESVM Chriſtum venturum, virtutum, meritorũ, donorum ac gratiarũ eius participes effecti ſunt: ſerui DEI, qui hoc tempore poſt abſolutam mundi redemptionem,

Actuũ viuæ fidei quanta ſit vtilitas.

ptionem, & cęlorum ianuam reſeratam, cum meditando ſpeciatim ſingula Chriſti myſteria, eadem actu viua fide credunt, nonne multò abũdantius & efficacius omnium Chriſti meritorum participes reddentur, atque dona & gratias, quas vita & paſſione ſua nobis Chriſtus lucratus eſt, maiori cum affluentia & plenitudine ſuſcipient? cum præſertim clariſſimum ſit poſt mundi redemptionem, toto illo tempore, quod legem gratiæ appellamus, dona cæleſtia animabus multo copioſus quàm ſanctis veteris teſtamenti per Chriſti merita fuiſſe communicata. Declarat hoc S. Ioannes Euangeliſta
Ioan. 7. cùm ait: *In nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtabat IESVS & clamabat dicens: Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Qui credit in me,* ſicut dicit Scriptura, *flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eũ, nõdum enim erat ſpiritus datus,* id eſt, in abundantia & vbertate donorũ, cum quibus dandus erat, *quia IE-*

SVS

SVS nondum erat glorificatus, id eſt, nondum per mortem ad Patris gloriam tranſierat.

In his verbis breuiter exponit S. Euangeliſta, ea quæ iam diximus, nimirum quod omnia bona, & gratiæ ſpirituales, tàm illis qui ante, quàm illis qui poſt redemptionem vixerunt, à Chriſto, velut à fonte omniũ donorum, & gratiarum cœleſtium prouenerint. Quodque mediũ principale, per quod ea conſecuti, eorũq; participes effecti ſunt, fuerit fides viua, qua credebant in Chriſtum. Quod denique poſt Reſurrectionẽ & Aſcenſionẽ illius in cœlos, hæc dona & gratiæ Chriſti, per medium viuæ fidei, animabus in maiori affluentia communicatæ fuerint; ſic enim promeruerat Chriſtus, patiendo & moriendo pro hominibus. Conſidera igitur myſteria vitæ & paſſionis Chriſti, actu ea credendo, vti faciunt ſerui DEI in recitatione, & exercitatione Roſarij, nihil aliud eſt, quàm os animæ ad canalem viuæ fidei admouere, & à Chriſto infinitæ virtu-

tis

tis fonte, abundantes gratiæ & conſolationum diuinarum influxus haurire, quibus anima redditur fęcunda, & præclarorum bonorum operũ fructus ſummo præmio æternæ gloriæ dignos producit.

DEVM DESIDERARE ET *magnifacere, quod in hoc exercitio fidelis conſiderationis horum ſacrorum myſteriorum occupemur.*

PARAG. II.

Amoris proprietas & natura.

Amor illius eſt naturæ, vt amãs cupiat & deſideret ab eo quẽ diligit, ſæpe in memoria haberi, beneficiorum ſuorum apud eũdem continuam eſſe recordationem, de illis loqui, tractare, cogitare. Ex eo autem maiorem percipit voluptatem, quã ſi ampliſſimis & pretioſiſſimis ab eo muneribus ornaretur. Id ita ſe habere cernimus reipſa in matre, filium ſuum in exteris regionibus exiſtentem tenerrimè diligẽte: hæc enim ſi intelligat filium ſui crebrò meminiſſe, de ſe noctes dieſque cogitare, quam blande ipſum

tractare

tractare conſueuerit, quantis bonis ornauerit, quantis beneficijs decorauerit, quantos labores, & moleſtias ſui cauſa ſuſtulerit, alijs ſæpenumero enarrare, pluris hoc æſtimat, maioremque inde voluptatem & conſolationem percipit, quàm ſi certior fiat, filium pannos pretioſiſſimos, argenti, auri, & margaritarum ingẽtem copiam ſine tali memoria ſibi tranſmittere: in filio enim quem impenſè diligit, & de quo inceſſanter, propter amorem, quo eum, vt filiũ complectitur, cogitat, pluris facit hanc memoriam, quam omnia quæ filius, ſine hac, ei cõferre poſſit. Vnde Poeta Comicus, hominem impẽſè amantem depingens, dicit, eum nihil aliud ab eo quem diligebat, flagitaſſe, quam mutuum hunc amorem. Vide, inquit, vt dies noctesque de me cogites, me deſideres, me diligas, ex mei recordatione voluptatem haurias: & omnes cogitationes cordis tui in me vno verſentur. Certum eſt igitur, hanc eſſe naturam & conditionem amoris, quòd quantò quis impen-

nitus eſt, ſed etiam propterea, quòd cum eo nobis largiatur, & communicet bonum infinitum, coniungendo humanam naturam ſuæ Diuinitati, & dando nobis ſemetipſum, vt ipſum poſſideamus, & fruamur eo per claram viſionem in cœlis. Vnde Sanctus Paulus ait: *DEVS qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto*, id eſt, dedit nobis ex amore vnigenitum filium ſuum, vt noſtri cauſa humanam naturam aſſumeret, & mortem ignominioſiſſimã ſubiret, quò nos æterna vita poti-remur in cœlis. Et loquens de ipſomet æterni DEI filio iam incarnato ait: *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemet ipſum pro nobis oblationem & hoſtiam DEO in odorem ſuauitatis.* *Epheſ. 2.* *Epheſ. 5.*

Quantopere Chriſtus deſideret nos eorum.

Cùm ergo DEVS dilexerit hominem, & amori cauſa attribuenda ſit, quòd pro hominibus omnia hæcce myſteria operatus fuerit, inde

quæ pro nobis fecit & paſſus eſt, continuam habere memoriam.

inde ſequitur, ineffabile & interminatũ eſſe deſideriũ, quo ipſe flagrat, vt homines ſui memoriam habeant, & hæc beneficia, atque omnia vitæ ac paſſionis ſuæ myſteria diligenter conſiderent, & memoria circumferant, de his loquantur, hæc ſecum tractent, hæc dies noctesque recenſeant, nunquam è mente, nunquam è corde deponant, & per hæc ſemetipſos excitent ad ipſum amandum, deſiderandũ, ad voluptatem in eo ſolo capiendam, ad gaudendum & exultandum in illo, propter bonitatem, amorem, ſapientiam, cum quibus eadem operatus eſt; ad compatiendum & condolendum ei, propter cruciatus & ſupplicia, quæ pro nobis ſuſtinuit, dum hæc ſalutis noſtræ myſteria perageret. Ex hac enim conſideratione, atque ab amore & ſanctis affectibus ac deſiderijs, quæ per hanc conſiderationem in anima ſuſcitantur, oritur perfecta diuinæ voluntatis adimpletio.

Iam verò clarum & euidens eſt, quemlibet Chriſtianum, dum Roſarium

rium orando & conſiderãdo myſteria ipſius recitat, nihil aliud facere, quàm Chriſti DEI & Domini ſui, à quo ſummè diligitur, donorumque ac beneficiorum ab ipſo perceptorum, omniumq; mirandarum & preclararum rerum, quę pro ipſius amore geſſit, meminiſſe, vt cor ſuum per hanc memoriam ad DEVM amandũ, deſiderandum, ſeque in illum per caritatem perfectam transformandum excitet, & accendat. Quocirca Deus pluris quàm dici aut cogitari poſſit, æſtimat ſanctam hanc occupationẽ ſibi gratiſſimam, & iucundiſſimam: eamque multis alijs operibus, & obſequijs, quæ ſibi ab homine impendi poſſunt, antefert; quia cùm DEVS hominem immenſo amore complectatur, ambigi nõ poteſt, quin etiam iuxta menſuram qua diligit, leges & proprietates amoris obſeruaturus ſit. Quia enim amoris proprietas eſt, quod amans ita ſe rei amatæ vniat, vt vnum fiat ſpiritualiter cum ipſa, & conuertatur ac transformetur per amorem in eam: idcircò DEVS hanc amo-

Amoris proprietates obſeruat Deus.

amoris proprietatẽ in ſe exprimẽs, nos ſibi vnit, & vnum ſecum efficit, cõuertitq́ue ac transformat in ſe per ineffabiles gratiæ, & charitatis modos. Quia etiam lex amoris eſt, quod is qui aliquem impenſè diligit, communicet perſonæ amatæ omnia bona, & ſecreta ſua; & ſit veluti ſeruus eius, aut captiuus, aut dependens ab ea, ad perficiendam omnem illius voluntatem: idcirco DEVS obſeruãs hanc legem amoris quoad hominẽ, fecit illum conſortem omnium bonorum ſuorum, Cæli, terræ, Angelorum, & omnium quæ condidit: reuelauit ei ſecreta ſua, ſimulq́ue donauit ei ſemetipſum, largiendo ſe nobis in fratrem, ſocium, & patrem: in redẽptionis noſtrę pretium, in cibũ, & æternã beatitudinẽ: & noſtras miſerias, & pœnas aſſumpſit, vt nos diuitiarum gratiæ, & gloriæ ſuæ participes efficeret. Deniq; ſic quodãmodo à voluntate ſeruorũ ſuorum, quo eis ad nutum ſubſeruiat, dependet, vt nihil ferè poſtulent, quod ipſis, ſi ad ſalutẽ eis neceſſariũ ſit, deneget; nec quic-

quicquam deſiderent, quod non impetrent: ſæpenumero etiam pro ſua clemētia, & benignitate, in illis quæ pro alijs flagitant, ipſos exaudit.

Aeternus igitur amator, qui in omnib' alijs rebus proprietates & leges amoris obſeruat, hanc etiā proprietatē eorū, qui magno alicuius amore flagrāt, cuſtodit & imitatur: quod nimirum maximoperè deſideret, nos ipſius ſæpe recordari, de ſe cogitare, beneficia, & omnia mirabilia, quæ noſtri cauſa operatus eſt, memorari, vt hac ratione noſmetipſos ad gratiarum actionē, ad amorem & ad obedientiam eiuſdē Domini excitemus. Nouerint igitur omnes fideles DEI ſerui, quòd quotieſcunq; legerint, & cōſiderauerint hæc beneficia, & myſteria vitę ac paſſionis Chriſti, in Roſarij recitatione, vt ex ijs aliquē profectum hauriāt, ſe facturos eſſe rem DEO acceptiſſimam, atque ab ipſius flagranti amore vehementer expetitam, & deſideratam: & quia quantò opus aliquod DEO gratius eſt, tantò maioris apud illum eſt opus meri-

Quantoperè Deus cupiat nos ſibi amoris viciſſitudinem reddere.

Digitized by Google

meriti, & animab' ſuis vtiliſſimum, promerendo per illud gratiam & omnes virtutes, quibus reddantur aptiores ad DEI beneuolentiam ſibi conciliandum, & digniores ad æternam beatitudinem.

QVAE DEVS RELIGIOSO cuidam Deum timenti, circa Roſarij vſum & vtilitates reuelauerit.

PARAG. III.

AD clariorem intelligentiam, amplioremq́ue confirmationem eorum, quæ hactenus dicta ſunt: referam hoc loco quæ grauiſſimi, atque non minus eruditione quam ſpiritualium rerum experientia ſummi viri, Ioannes Iuſtus Lanſpergius Cartuſianus, & Ludouicus Bloſius Abbas Lætienſis, ſcriptis cõmendarunt de Roſarij huius fructu & vtilitate. Referunt enim reuelatũ fuiſſe plurimis atque inter alios, cuidam Priori Cartuſiæ Treuirenſis, qui multis annis exercitium hoc (quod vulgari nomine appellatur Roſariũ, pro-

Lanſperg. in operib. minorib. in præfat. in aureum hymnum. Bloſius in ſcriniolo ſpirituali.

propterea quòd inſtar coronæ, multis venuſtiſſimis, & fragrantiſſimis roſis exornatum DEO, & B. Virgini MARIAE offeratur) coluerat: illum cum ſæpius, præſertim ad ſeptem horas canonicas, ſuffragante illi glorioſa Virgine, in cœlum reuera raperetur, inter cætera, clariſſimè vidiſſe & audiuiſſe, cæleſtes ciues, IESVM & MARIAM ſuper huiuſmodi articulis ineffabili lætitia, & deuotione benedicentes, & dulciſſimis nominibus IESV & MARIAE reuerentiam exhibentes: necnō pro omnibus in eiuſcemodi exercitio ſe ipſis cæli ciuibus conformantibus in terris, DEVM obſecrātes: adhæc pro ſingulis id genus ſertis Roſarijs, ſingulas coronas mirabili fulgore coruſcantes & immarceſſibiles, illis in cęleſtibus reponi. Plenam inſuper peccatorum remiſſionem, ſingularē quoque gratiam, & benedictionem in præſenti, gloriamque in futura vita, pro qualibet corona roſacea, vel Roſario illis à Domino IESV per preces beatiſſimæ Matris eius, diui-

na authoritate promitti, & conferri. Denique maiorem DEI gratiam & ſalutis theſaurum in eodem latere exercitio, quam quiſpiam mortalium poſſit comprehendere. Obijt autem idem venerandus Pater Anno Domini quadringenteſimo, triceſimo primo ſupra milleſimum: ex quo tempore Roſarij vſus cum quinquaginta myſteriorum vitæ ac paſſionis Dominicæ inſertione, frequentari cœpit, vt idem auctor confirmat.

DECLARATVR, QVOMODO hæc reuelatio intelligenda ſit.

PARAG. IV.

QVomodo ea quæ venerandus hic Pater in præfata reuelatione vidit & audiuit intelligi debeant, eruditos viros non latet: ſed quia hæc omnibus ſcribimus, operæpretium nobis facturi videmur ſi eam aliquantulum dilucidemus.

Ad Roſarij lectionem & Vt per Roſarij lectionem quis peccatorum remiſſionem & æternam gloriæ coronam in cęlis adipiſcatur, neceſ-

Digitized by Google

neceſſariũ eſt p̃ſupponere in recitã-te, quod de peccatis ſuis verè contritus, aut ea debita cum diſpoſitione confeſſus fuerit (quod etiam de omnibus alijs iubilæis & indulgentijs intelligendum) vt enim per eas dimittantur peccata quoad pœnam, opus eſt, vt præcedat contritio, vel ſacramentum pœnitentiæ, cum debitis circumſtantijs, quo prius tollantur peccata quoad culpam. Deinde, vt legatur magna cum animi recollectione ac deuotione: nam quo deuotio maior fuerit, eò abſolutiorem promiſſiones illæ conſequentur effectum.

fructuum illius acquiſitionem neceſſaria contritio.

2. Attētio ſiue animi recollectio.

Poteſt autem piè credi de diuina bonitate, quod is, qui in opere diuinæ maieſtati tam accepto, vt eſt conſideratio, & grata rememoratio myſteriorum vitæ ac Paſſionis Dominicæ: atque pijſſimam Virginem MARIAM ſibi per pias orationes, quę in hoc Roſario continentur in aduocatam, & interuentricem aſſumit, beneficium, quod diuina promiſſio habet, conſequatur. Quamuis nec ille,

Digitized by Google

gendi acceſſerit, fauores aliquos & auxilia à Deo cõſequetur, quibus adiutus & confirmatus è peccatis per veram pœnitentiam emergere, & prædictas promiſſiones bonorum cæleſtium, quæ deuotè Roſarium exercentibus conferuntur, conſequi valeat, obtinebit.

Quæ in hoc documento hactenus dicta ſunt, ad oſtendendum fructum & vtilitatem Roſarij generatim pertinent: in cæteris documentis quæ ſequuntur, eadem ſpeciatim demonſtrabuntur, & teſtimonijs atque ſanctorum exemplis confirmabuntur.

DOCVMENTVM II.

IN QVO DECLARATVR, quot modis legi & exerceri poſsit Roſarium.

CIrca Roſarij lectionem aduertendum eſt, duobus potiſſimum modis id recitari poſſe. Primò vocaliter: legendo videlicet orationem Dominicam, & ſalu- *Roſarium quomodo vocaliter legi poſsit.*

rationes Angelicas, ſimul cum orationibus myſteria vitæ ac paſſionis Ieſu Chriſti domini ac ſeruatoris noſtri continentibus, quę ſingulis ſalutationibus Angelicis propriæ ſunt: easque recitando, non vti hiſtoriam vel doctrinam aliquam complectentes, quo nimirum id quod continent nouerimus, & intelligamus: ſed vt orationes quibus anima Chriſtiana beatiſſimam Virginem MARIAM alloquitur, atque ab illa gratiæ aliquid poſtulat, per myſterium vitæ ac paſſionis, ſanctiſſimi filij ſui, quod ei repræſentat, & offert: cuius etiam recordatione ſemetipſum excitat ad deuotionem, & gratum animum laborat exhibere ijs quæ vnigenitus DEI Patris filius, & Beatiſſim. Virgo MARIA, noſtri amore fecerunt, ac ſuſtinuerunt.

Hic modus legendi Roſarium, quamuis altero vulgarior, & facilior, attamen magnæ vtilitatis eſt, atque non vulgaria legentibus adfert commoda. Sic enim recordantur omnium principalium myſteriorum

riorum vitæ ac Paſſionis Dominicæ: quæ cũ ſingula ſint luminis cæleſtis, & diuini amoris pleniſſima, atq; efficaciſſima animę medicina, quantũuis paruam in mẽte moram faciant, attamẽ ex eorum perbreui recordatione animæ illorũ indies magis illuminantur, & DEI atque virtutum omnium amore ſuccenduntur, ſanitatẽ etiam ſpiritualẽ adipiſcũtur, in eaq́; maius indies augmentũ capiũt.

Quomodo ij qui propter occupationes integrum Roſarium cum articulis abſoluere nequeunt, ſe gerere debeant.

Quia verò nonnulli fortè propter occupationũ multitudinẽ quotidie integrũ hoc Roſariũ, ita vt hic cum articulis vitæ ac Paſſionis Domini ordinatũ eſt, recitare nequibũt, illis aduertendum eſt, non eſſe neceſſariũ ad percipiendos ſuauiſſimos huius Roſarij fructus, id totũ quotidie recitare, ſed poſſe illos quolibet die vnam, duas, vel tres, harũ quinq; decadum, pro cõmoditate quam habuerint, vel prout Deus illis inſpirauerit, legere. Sic enim recitãdo vel cõſiderando quotidie, vt minimum decẽ vel viginti ex hiſce quinquaginta myſterijs finita hebdõada, ſemel bis

aut ſæpius integrum Roſarium ſe recitaſſe inuenient.

Quo verò die omnia hæc myſteria non recitauerint, ſed aliquam duntaxat eorum partem, vt Roſarium vulgare B. Virginis, quod quinque orationibus Dominicis, & quinquaginta ſalutationibus Angelicis conſtat, perficiant, poterunt poſt lectam & conſideratam, eam quam voluerint myſteriorum partem, reſiduas orationes Dominicas & ſalutationes Angelicas, quæ huic numero defuerint, ſubiungere, vt ſic integrum quotidie abſoluant Roſarium.

Pro maiori etiam facilitate licebit eis Roſariũ hac methodo legere: nimirum, vt primò Roſarium integrum, vti moris eſt, adhibitis globulis precarijs, cum ſolis orationibus Dominicis ac ſalutationibus Angelicis recitent: ac deinde eam quam volent myſteriorum partem, ſiue orationum Dominicarum, & ſalutationum Angelicarum iam lectarum reiteratione, ſubiungant.

Quo-

Quocunque autem horum modorum illud recitauerint, ſemper magno cum fructu, & ſolatio animarum ſuarum id legent: idque multò facient iucundius, poſteaquam continua exercitatione omnia hæc myſteria memoriæ commendauerint, nec amplius in huius Roſarij lectione libri adminiculo eguerint, quod tum fiet, quando nõ tàm ipſorũ verborum, quibus hæc myſteria deſcribuntur, quàm ipſiuſmet myſterij, ac ſubſtantiæ ipſius recordabuntur: tum enim in omnibus etiam alijs occupationibus, & negotijs totius diei, hæc diuina myſteria, ſecum mente tractare poterunt.

QVAE SINT OBSERVANda ad rectam Roſarij huius vocalem recitationem.

PARAG. I.

QVandoquidem nonnullis ſola Roſarij huius vocalis recitatio arridere, ac probare videbitur, his talibus, hoc loco docu- *In Roſarij lectione hæc obſeruanda.*

menta quædam, quibus adiuti, ad maiorem animarum ſuarum vtilitatem id faciant, ſuppeditabimus. Principio eligere debebunt ſibi tempus aliquod determina-
1. tum, in quo ferè Roſarium le-
Temporis vniformitas. gent. Deligent autem ſibi ad hoc, horam vnam maximè quietam, qua nullis externis occupationibus interturbentur, ſiue diei illa, ſiue noctis, fuerit: eamque omni tempore huic ſanctæ occupationi impendent, niſi aliquando vrgens occaſio vel neceſſitas eam mutandam ſuadeant.

Hæc autem vnius horæ inuiolabilis obſeruatio multùm facit ad aſſequendas bonas conſuetudines, quæ exercitium hoc facilitant, atque ad ſuperandam vulgarem tartarei hoſtis tentationem, qua ijs qui aliquod virtutis exercitium perfecturi ſunt, perſuadet, vt de hora in horam illud protrahant, quouſque tandem nihil eis temporis ad illud abſoluendum ſuperſit, aut certè feſtinanter ac multis cum imperfectionibus illud

lud peragant. Huic autem tentationi nulla re facilius reſiſtitur, quam ſi horam quis habeat huic exercitio præſtitutam, nec illam ſine Roſarij lectione vnquam tranſigat, niſi iuſta ſubſit cauſa, vti dictum eſt, illam in aliud tempus transferendi.

Neceſſarium præterea eſt, vt locus, in quo Roſarium recitandum fuerit, accommodatus, & conueniens ſit: Erit autem, ſi oratorium aliquod ſiue ſacellum domeſticum, aut certè ſecretum aliquod cubiculum vel alius locus ab hominum ſtrepitu ſemotus ad hoc eligatur: nam ijs in locis, vbi alij colloquuntur, & ſimul tractant id agere, multarum foret cauſa diſtractionum. Si autem talis locus haberi non poſſet, propterea tamen Roſarij huius lectio non eſſet omittenda: ei enim qui pro viribus fecit ea, quæ ad ſe pertinent, DEVS opitulatur, & loci defectum facile ſupplet. 2. *Locus cōmodus.*

Porrò in locum aliquem à tur-

3. *Reuerentia exterior.* bis ſemotum ſegregatus, enitatur hic etiam cum reuerentia exteriori DEO ſe præſentare, vtpote flexis genibus, vel erectus in pedes, aut fulcro alicui innitens, vt minori cum moleſtia, & maiori cum corporis quiete orationem poſſit peragere. Nec ſeſſionem quidem improbauerim, quamuis in oratione ac meditatione is potiſſimùm ſitus eligendus ſit, qui melior, diuinæ voluntati congruentior, atque ad deuotionem promouendam efficacior eſt. Quod ſi ſederit, capite vtminimum ſit detecto, ſi ſanitas permiſerit, vt hac corporis diſpoſitione indicet, ſe non legere, nec ſtudijs incumbere, ſed orare, & colloqui cum DEO.

4. *Diuini auxilij imploratio.* Corpore ita compoſito, præparet ſe ad Roſarij lectionem hac methodo. Signo Crucis primùm ſe ſignet, & cor ad DEVM erigat, atque ab eo, orationem hanc rectè & cum fructu ad diuinæ maieſtatis gloriam atque animæ ſuæ, & proximorum vtilitatem peragendi, auxilium poſtulet; non enim à nobiſmetipſis vel

vnam

vnam bonam cogitationem, aut pium deſiderium habere poſſumus, niſi DEVS dederit: ac proinde opus eſt magna cum humilitate, atque inſtantia diuinum auxilium implorare. Poterit autem ad hoc adhiberi verſiculus ille Pſalmiſtæ, quo S. mater Eccleſia, in omnium horarum initio vtitur: nimirum: *DEVS in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina:* aut aliud quid ſimile.

Quia verò ad bene agendum cum DEO, plurimum prodeſt initio ſemetipſum humiliare & accuſare, idcirco conſtitutus in præſentia diuinæ maieſtatis, examinet ſe, num alicuius peccati ſeu vitij conſcius ſibi ſit, quod diuinæ maieſtatis oculos offendat: ſi aliquod repererit, conteratur, & doleat de eo ſeque illud nõ commiſiſſe toto corde velit, proq; illius dimiſſione DEVM totis viribus deprecetur: proponatque ab illo, & omnibus alijs peccatis, quæ diuinis legibus, & præceptis aduerſantur, diuina opitulante clementia ſibi cauere. 5. *Humilitas.*

 His

6. *Attentio.* His rite peractis, curabit illud quoque quod in oratione præcipuum eſt, nimirum vt attentionem habeat ad illa quæ dicit: hanc autem conſequetur, ſi ſecum conſideret, ſe loqui cum DEO immenſæ maieſtatis, qui hic præſens eſt, quique ipſum contemplatur, & verba illius exaudit. Si enim ſeruum cum Rege collocuturum, ad hoc vt modeſtè ac reuerenter coram eo ſe gerat, & attentus ſit ad ea quæ dicit, nihil ita permouet, quàm quod cogitare ſe coram Rege ſe aſpiciente, & ſermones ſuos auſcultante conſiſtere: quantò magis hominem ad preces pio, & attento corde fundendas permouere debet, quod homines innumeris ſubiectus miſerijs, & periculis, coram creatore ſuo omnipotente, qui ſolus malis eius medelam adhibere, atque ab ijs illum poteſt eximere, conſtitutus ſit. Perpendat igitur ſecum, an aliquod negotium tanti apud illum eſſe debeat, quanti hoc, quando cum DEO de ſa-

Quibus medijs attentionem poſſimus conſequi.

de ſalute ſua agit: quod eſt omnium negotiorum maximum, & maximè præ cæteris omnibus neceſſarium, ad quod ab interminata DEI potentia conditus fuit, quem etiam in finem omnia quæ cùm in cælo tùm in terra, continentur, atque omnes totius vniuerſi creaturæ, & omnia quæ pro homine in carne mortali CHRISTVS fecit & paſſus eſt, deſtinata fuere: quare huic negotio maiori cum attentione, & cura incumbendum ei eſt, quàm cæteris quibuſcunque: & humani generis aduerſario diſtractiones ſuggerenti, & attentionem per aliorum negotiorum bonorum quæ acturus eſt, memoriam, & ſolicitudinem impedire conanti, ſecum cogitabit, ſe nec ea negotia, quæ aduerſarius ſuggerit, ſine DEI ope atque auxilio, ad optatum finem poſſe perducere: hoc autem auxilium, eo tempore cùm precibus, & pijs meditationibus incumbitur, potiſſimùm homini à DEO ſuppeditari: ſicque nul-

Diſtractionibus quomodo obuiandum.

nullam habebit cauſam, cur euagari, & de alijs negotijs in oratione ſolicitus eſſe debeat; per illam enim diuinum auxilium & opem, ad negotia rectè peragenda ſibi poſtulat, & acquirit: nec formidet, quòd ſi totam attentionem ſuam in precibus occupet, ne illorum negotiorum, quæ orationis tempore menti eius primum ſe offerunt, prorſus memoriam amittat, quin potius in DEO ſperet, quòd eadem illa quæ propter attentionem in precibus conſeruandam reijcit, DEVS illi poſtea, ſi ſaluti eius expediens fuerit, in memoriam reducturus ſit.

Cogitationib⁹ blaſphemiæ & alijs ſimilibus quomodo reſiſtendum.

Quod ſi alıæ cogitationes, & tentationes, quibus attentio impediatur, ipſum impugnent, qualeſcunque tandem illæ ſint, ſiue contra caſtitatem, ſiue contra proximi dilectionem militent: ſiue ſint (quod ſæpenumero ex Dæmonis verſutia, & artibus vſuuenire ſolet) cogitationes blaſphemiæ contra DEVM, contra fidem, contra religionem, contra ſanctos, proptereà tamen non perturbe-

turbetur, nec propter illas repellendas, & profligandas attentionem ſuam vel ad momentum remittat, ſed illis tanquam indignis quibus reſpondeatur neglectis, nec vllo earũ reſpectu habito faciem animę ſuę ad earũ rerum, quas legit ac meditatur, attentionẽ cõuertat. Hęc eſt optima methodus huiuſmodi tentationibus reſiſtendi, nihili videlicet illas facere, & attentionem in precum recitatione, vel diuinorum myſteriorum conſideratione proſequi & continuare: nihil enim aliud Tartareus ille hoſtis hiſce tentationibus intendit, quàm inquietare ac perturbare hominem, atque illum eò adducere, vt ſacra orationis exercitia deſerat. Quando igitur conſpicit, illum ſuggeſtiones ſuas negligere, & magna cum animi tranquillitate & attentione in precibus perſeuerare, ſpem victoriæ abijcit, nec deinceps illum amplius aggredi auſus eſt. Quod ſi tamen continuet cogitationum moleſtiam, non exanimetur, ſed in oratione perſeueret, atque

hanc

hanc moleſtiam patienti animo tolleret, ſic enim apud DEVM merita ſua plurimùm augmentabit.

DE INTERIORI DEVOtione, qua cum recitanda eſt vocalis oratio.

PARAG. II.

QVi Roſarium legit, hoc etiam ſolicitè curare debet, vt verba quæ recitat, affectibus & deſiderijs cordis iungat, & ea quæ petit, toto corde deſideret. Exempli cauſa: quando orat, vt nomen DEI ſanctificetur, id eſt, vt timeatur, ametur, & honoretur: vt B. Virgo MARIA filium ſuum humano generi dignetur reddere propitium, has & alias petitiones intrinſecùs in corde ſuo quàm affectuoſiſſimè adimpleri cupiet. Quando præterea myſterium aliquod ſiue beneficium diuinum recenſet, illud mente ſecum ponderabit, magnifaciet, illo ad profectum ſuum vti, atque operi-

Digitized by Google

operibus bonis illud augere deſideret. Quando in humilitatis, manſuetudinis, patientiæ, charitatis, miſericordiæ, & paupertatis vnigeniti DEI filij, mentionem incidit, toto corde has virtutes adipiſci, poſſidere, atque in ijs CHRISTI veſtigia imitari cupiet. Hoc autem deſiderium extendet ad omnes CHRISTI fideles deſiderando, vt & ipſi eadem, quæ pro ſe poſtulat, conſequantur: & ad infideles, deſiderando, vt illi quoque ad horum myſteriorum cognitionem perueniant, ijsque ad ſalutem ſuam vtantur. Eſt hæc doctrina maximi ponderis ac momenti, ad hoc vt oratio DEO grata & accepta, magnæque virtutis & efficaciæ ſit: præcipuum enim quod DEVS in illa conſiderat, ſunt intrinſeci affectus, & deſideria orantis. Speciatim verò vti poterit orans hoc documento, in fine cuiuslibet decadis huius Roſarij, quando ait. *Laus Trinitati fulgidæ*, &c. huius enim clauſulæ intentio eſt,

omnia

omnia quę lecta & meditata ſunt,a
DEI trini & vnius honorem ac gl
riam referre,qui eſt pręcipuus & v
timus finis, ad quem omnes noſtı
actiones dirigendæ ſunt. Et ad hon
rem & laudem Beatiſsim. Virgin
MARIAE, quæ poſt DEI glorian
maximè nobis deſideranda ac pro
mouenda eſt. Plurimum etiam pro
derit,ſi orans in hiſce verbis, deſid
ret toto corde, quod omnes creatur
laudent ac glorificent DEVM & ſa
ctiſſimam illius Matrem: & vt hæ
laus, ſit vnicum ſuum gaudium, &
ſolatium.

His præterea verbis,etiamſi aliu
nihil addat, orans ſufficienter offer
Roſarium, quod legit ſiue meditatu
eſt: ſi nimirum, iiſdem verbis illu
ad DEI gloriam,& laudem ſanctiſſi
mæ matris eius offerre deſideret: ſu
hac enim oblatione illa ſubintelli
gitur, qua illud pro ſalute anima
ſuæ, & omnium fidelium offerre
nam ſalus animæ ſuæ, & aliorum
cum gloria ipſius DEI coniunct
eſt.

Po

Poſſet idem Roſarium etiam ſpecialiter pro aliquibus proximis, quos orationibus ſuis adiuuare deſiderat, aut animabus in Purgatorij pœnis exiſtentibus, quas liberare cupit: aut pro alterius alicuius boni à DEO conſecutione offerre: ad quæ omnia Roſarium hoc medium eſt efficaciſſimum. Sic enim charitatem efficacius exercet, & tamen nihil de merito ſuo & gratia, quam promeretur, quando pro ſe ſolo illud recitat, aut meditatur, amittit.

DE ALTERO MODO LEgendi Roſarium, qui mente potiſſimùm exercetur.

PARAG. III.

ALter modus exercendi Roſarium, eſt poſt abſolutas vocaliter orationes Dominicas & ſalutationes Angelicas totius Roſarij, & poſt lecta omnia myſteria vel aliqua eorum parte, ſingulis diebus vnum aliquod vel plura vitæ ac paſſionis Chriſti myſteria aſſumere, ordine

Methodus Roſarium mentaliter legendi.

Digitized by Google

dine incipiendo à primo, ſicq́ue ad nouiſſimum vſque progrediendo, atque illud auocatis paulisper ſenſibus ab hiſce rebus externis, ſecum, ſine exteriori verborum ſtrepitu, conſiderare atque diligenter expendere; ita vt ſolus intellectus in eo myſterio magna cum animi attentione ac tranquillitate cogitando, & contemplando diſtineatur: voluntas verò in pijs affectibus, & ſanctis virtutum deſiderijs excitandis immoretur.

Gerſon. Alphabet. 36. lit. A.

Roſarij mentalis lectio priori longè vtilior.

Quamuis autem prior modus, Roſarium tantummodo vocaliter recitandi, vti antea demonſtratum eſt, ſanctus ſit & fructuoſus: attamen hic modus ſenſim & attentè hæc myſteria ſola mente reuoluendi, melior eſt, ampliorisq́ue profectus, & vtilitatis: quia verbum DEI, quod hæc CHRISTI myſteria nobis patefacit ac reuelat, eſt ſemen cæleſte, ipſomet

Digitized by Google

met CHRISTO in Euangelio affirmante: *Semen eſt verbum* DEI. *Luc. 8.* Sicut autẽm ſemen materiale, vt fructum proferat, ſub terra abſcondi debet. Ita & verbum DEI quod ſacratiſſima hæc myſteria nobis oſtendit, vt in nobis ſpirituales fructus progerminet, in corde ac mente recondendum, audiendum, legendum, conſiderandum, ponderandum, & magnipendendum eſt. Sicut enim ſemina, quæ exiguo admodum tempore ſub terra latent, & paruas in ea radices agunt, qualia ſunt herbarum & leguminum, quamuis vtilem fructum producant, ſunt nihilominus parui pretij, & exiguæ ſubſtantiæ, atque non diu durant. Sed ſemina quæ diu ſub terra latent, profundaſque in ea radices agunt, qualia ſunt arborum & fruticum, fructum proferunt maioris pretij, & ſubſtantiæ, multoque durabilio-

Verbum DEI vt fructificet nõ leuiter percurrẽdum, ſed attẽta meditatione ruminandum.

Elegans ſimilitudo id demõſtrans.

biliorem, & vtiliorem, quemadmodum videre poſſumus in differentia, quæ eſt inter arborem multis annis perdurantem, & vbertim fructus ſuauiſſimos proferentem, & herbam fructum quidem vel florem producentem, ſed paulò poſt marceſcentem & euaneſcentem.

Eadem planè ratione, quando verbum DEI, quod myſteria Dominicæ vitæ ac paſſionis nobis aperit, leuiter mente tranſimus curſim illud legendo ac conſiderando, fructum quidem inde aliquem percipimus, ſed leuis ſubſtantiæ ac firmitatis. Quando verò idem DEI verbum intus in corde aliquandiu retinemus, meditando illud ſenſim & attentè, magna cum animi tranquillitate, profundas in anima radices generat, diuini timoris, affectionis ad ſtudia virtutum, ſtabilitatis in bono, ſenſus diuinæ bonitatis & iuſtitiæ: atque fructum fert vberrimum virtutum, & bonorum operum, diuque perſeuerat in ſuauiſſimis hiſce fructibus progerminandis.

Digitized by Google

dis. Vnde fit, (quod vſu & experientia teſtatum & confirmatum eſt) quod illi, qui ſe exercitijs meditationum & orationis mentalis addicunt, ſint in virtutibus fœcundiores, ad omnia opera bona promptiores, & in bonis inceptis ſtabiliores, firmiores & immobiliores. Quod ipſum & Spiritus ſanctus in ſacris literis confirmat, cum verbum DEI lumen & ignem appellat. In Prouerbijs enim ait: *Mandatum lucerna eſt, & lex lux.* Et apud Ieremiam. *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus?* Quemadmodum enim ille qui propius ad lucem accedit, clarius videt, & qui igni vicinius ſe iungit fortius incaleſcit: ita qui profundiori & attentiori cum conſideratione ad Chriſti myſteria, in diuinis literis reuelata accedit, diutiusque in eis mente tractandis immoratur, maius lumen maioremque in anima percipit claritatem, qua illuſtratus, DEVM, ſeipſum & proximum clarius cognoſcat, & virtutum opera diligentius in opus conferat.

Qui mentis orationi vacant in virtutibus efficiuntur ſtabiliores.

Prou. 6.

Ierem. 23.

Similia.

His ſacrarum literarum teſtimonijs & ſimilitudinibus docemur atque inſtruimur, exercitationem ſacri huius Roſarij atque diuinorum myſteriorum, quæ in eo continentur meditationem & contemplationem eſſe bonum incomparabile, rorem cæleſtem, quo anima in virtutibus fœcundatur, & theſaurum ſpiritualem, quo eadem donis & gratijs cæleſtibus locupletatur.

QVANTI AD BONAM VItam interſit Roſarium mentaliter exercere.

Parag. IV.

OPeræpretium eſſe videtur, propter cauſam ab omnibus frequenti vſu & experientia comprobatam, ponderare atque expendere pauliſper neceſſitatem, quæ omnibus nobis impoſita eſt, internæ conſiderationi diuinorum myſteriorum ſtatis quotidie horis incumbendi, tum ad adi-

Digitized by Google

ad adipiſcendam & conſeruandam animæ munditiem: tum ad ſalutem noſtram certiorem ac ſecuriorem reddendam. Clarum & euidens eſt, naturam hominis tam vehementem ad voluptates & recreationes, ex quibus in hac vita oblectationem ſuam capiat, habere propenſionem, vt moraliter loquendo, aut ſine ipſis viuere nequeat, aut ſaltem, quantum in illo eſt eas non quærat. Affirmat id ſanctus Gregorius his verbis. *Eſſe ſine delectatione anima nunquam poteſt. Nam aut infimis delectatur, aut ſummis: & quantò altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tantò maiori faſtidio torpeſcit ad infima: quantoque acriore cura inardeſcit ad infima, tantò tepore damnabili frigeſcit à ſummis.* Hactenus ſanctus Gregorius. Manifeſtum namque eſt, eum qui voluptatem & conſolationem ſuam in creaturis & rebus terrenis quærit, grauiſſima in anima ſua pati detrimenta: his enim creaturarum oblectationibus multa ferè vitia, ab illis proficiſcentia,

Nemo poteſt eſſe ſine delectatione.

S. Gregor. in moral. 18. cap. 6.

Delectationes in creaturis non quærendæ, quia noxiæ.

coniuncta ſunt, quamuis exigua nõnullis eſſe videantur; vt, iocus non neceſſarius, ſuperflua conuerſatio, comediæ exhibitio, conuiuiorum frequentatio, veſtimentorum luxus & ſplendor, atque alia his ſimilia: quæ ſi propter ſolam quæ ipſis ineſt, delectationem & guſtum quærantur, ingens animæ nocumentum adferunt. Si enim hæc voluptas homini ad guſtum non ſit, aliam quærit, ac deinde rurſus aliam, ſicque in multa diſtrahitur, & præcipitatur, quouſque tandem in grauiſſima ſcelera

Eccleſ. 2. corruat: quamobrem ait Eccleſiaſtes. *Riſum reputaui errorem & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?* Quare cum homo ſine voluptate & conſolatione eſſe, & illam in creaturis ſine manifeſto animę periculo & detrimento captare nequeat, quod ſequitur quod eam in rebus ſpiritualibus & diuinis quærere debeat: inuenitur autem vt plurimum in exercitijs orationis, id eſt, in meditatione ac contemplatione myſteriorum Chriſti, tum eorum quæ ad ipſius diuinitatem

Delectationē verā in reb' ſpiritualibus inueniri.

tatem pertinent, tum eorum quæ ad ſanctiſſimam ipſius humanitatem ſpectant. Hic anima inuenit paſtum & cõſolationem ſpiritualem, quam ſi nonnunquam in alijs quoque rebus inueniat, id ex eo fit, quod illam oratione promerita fuerit. Vnde S. Bernardus fœlicem ait eſſe animam quæ ſe exercet in fodienda ſæpe hac maceria, id eſt, in conſiderandis ſacre humanitatis Chriſti myſterijs: & multò beatiorem illam eſſe, quæ cõmorari nouit in foraminibus petræ, id eſt, contemplari excelſam ipſius diuinitatem, ad quam maiorem neceſſarium eſt adferre animæ puritatem. Affirmat idem, glorioſam eſſe illam animæ ſuauitatem quæ non ab alia cauſa, quam à contemplatione diuinæ ſuauitatis, & diuitiarum miſericordiæ ipſius procedit. Longum eſſet argumentis confirmare quam ineffabilis ſit conſolatio illa ſpiritualis, quam DEVS animabus in hoc ſancto meditationis, & contemplationis diuinorum myſteriorum exercitio aſſiduis communicare con-

D. Bern. ſerm. 62. in Cant.

ſuevit: & quia magni intereſt huius rei habere notitiam, Deus quiddam cõſideratione dignum in electis ſuis fieri permiſit. Quamuis enim diligẽtiſſimi fuerint in occultandis donis & virtutibus ſecretis à DEO perceptis, ad cõſeruandam humilitatem, attamen quod ad conſolationes attinet, ab ordinatione diuina permoti, toti Eccleſiæ manifeſtarunt, ineffãbiles guſtus & delitias cæleſtes, quibus à Deo in hoc ſancto contemplationis exercitio refecti fuerunt, & ea ſcriptis commendarunt, vti fecere SS. Hier. Auguſt. Greg. Ioannes Clymachus, Bernardus, & alij qui in libris à ſe ſcriptis ea quæ Deus hac in parte in animabus eorum operatus eſt, poſteritati reliquerunt. Quæ autem tanta vis permouit ſanctiſſimos hoſce viros, vt tanta cura diuitias animarum ſuarum abſconderent, & omnia ꝑ quæ ab hominib⁹ aliqua in exiſtimatione haberi poſsẽt, defugerẽt, quo ad cõſolationes verò, maximã eorũ partẽ q̃ Deus in ipſis operat⁹ fuerat, patefacerẽt, niſi efficax quędã inſpi-

Quid ſanctos viros permouerit, vt virtutes ſuas occultarent, cõſolationes verò cæleſtes, quibus à Deo reficiebãtur patefacerent.

D. Hier. de Virg. ad Euſt.
D Aug in ſolilogiis.
D Greg in princ. Dialog.
Clymach. c. 27.
D. Bern. ſerm. 74. in Cant.

inſpiratio Dei? vt nimirũ fideles certã notitiã donorũ & conſolationum cęleſtiũ, quas Deus homini in ſancto hoc exercitio impertitur, conſecuti, maiori ad illud affectu ferrentur, atque diuinam ſuauitatẽ experti, omnibus voluptatib' & delitijs inordinatis huius vitæ nuncium mitterent, id eſt, ab animabus ſuis omnium ſcelerum radicem amputarent.

Hinc tamen nõ ſequitur, quod Dei ſeruus in hoc meditationis exercitio, hanc conſolationem & voluptatem animæ pro fine ſibi conſtituere ac quærere debeat: ſicut enim in rebus ad vitam neceſſarijs, qualia ſunt, cibus, potus, ſomnus, & alia eiuſmodi, ſi quis pro fine harum actionum ſolam ſibi delectationẽ quam ex ijs percipit, cõſtitueret, graue in ſe ſcelus admitteret: ita in oratione & cõtẽplatione, ſi eodẽ fine moueretur, in gulę ſpiritualis vitiũ incideret, atque non leui crimine animam ſuam contaminaret. Sed vt non ignorans conſolationes & delitias quas Deus animabus in hoc ſancto exercitio

Meditans cõſolationes pro fine ſibi nõ debet cõſtituere, ſed poteſt appetere.

Quo fine cõſolationes poſſint appeti.

 diſtri-

diſtribuit, inde exſtimuletur, ad amplectendum iſtud exercitium, vt per iſtud animę ſuę ſalutem promoueat, ſeque ad DEI ſeruitium excitet. Finem autem in ſancto hoc exercitio, ſiue ſcopum in quem reſpiciat, hunc ſolum ſibi præſtituet, vt DEO placeat, illique gratum præſtet obſequium, qui magnam ex talibus exercitijs vti diximus capit oblectationem, vtque virtutes acquirat, per quę DEVS glorificetur in cælo & in terra. Quod ſi DEVS conſolationibus illum viſitauerit, ſuſcipiat eas, tanquam media ad finem hunc adiuuantia. Quemadmodum enim infirmo cibum omnem, ſine quo vitam traducere nequiret, faſtidienti, gratum foret, aliquem in cibis reperire ſaporem, non propter ipſum guſtum quem parui facit, ſed vt per illum excitetur appetitus, & cibum ſumere vitamque conſeruare poſſit. Ita ſeruus DEI non quidem debet appetere ipſam conſolationem ſpiritualem propter ſeipſam, cuius nullum aliud eſt in hac vita maius deſiderium.

Elegans ſimilitudo, id illuſtrans.

rium quam placere DEO & ſaluare animam ſuam: ſed quia ſe ita debilem reputat, vt ſi nullam in rebus ſpiritualibus delectationem ſiue ſolatium inueniat, formidet ne in terrenis rebus eam quæſiturus ſit: ac proinde magni beneficij loco æſtimat ſi à DEO conſoletur, vt cæleſti hoc refrigerio animatus & recreatus tanto infatigabilius virtutum ſtudijs incumbit, atque in illis tamdiu ſtabilis perſeueret, quoadusque ſempiternam in cælis coronam adipiſcatur. Hunc eſſe DEI in animabus diuinis hiſce cōſolationibus in hoc ſancto orationis mentalis exercitio recreãdis ſcopum, inde perſpicuum fit, quod initio ferè illos, qui ſe huic exercitio addicunt, talibus ſolatijs recreet & confirmet, vt ſic efficaciter terrenas conſolatiunculas pro cæleſtibus deſerant: cumque poſtea firmiores in ſui amore atque virtutum ſtudijs radices egiſſe cernit, mentis ariditate ac ſiccitate illos exerceet, quo maiorem in humilitate ac patientia profectum faciant, maiuſ-

que gratiæ & gloriæ augmentum capiant, ſeruiendo Deo ſine conſolationibus. Hæc circa hoc punctum hactenus dixiſſe ſufficiat, eò quod eadem antea fuſiùs in libello de oratione mentis pertractauerimus.

EXERCITATIONEM Roſarij mentalem omni hominum generi poſſe conuenire.

PARAG. V.

QVandoquidem humani generis aduerſarius non paucos ab ſancto hoc exercitio abſtraxit, eo potiſſimum prætextu, quod contemplatio non cuiuis hominum generi ac ſtatui, ſed Religioſis duntaxat, & conſummatę virtutis hominibus conueniat: cum vita contemplatiua præſupponat hominem in vita actiua, iam probè exercitatum, vt ſanctus Gregorius & alij affirmant: idcirco huic errori nobis obuiandum eſt. Vera quidem eſt hæc doctrina, ſed per eam tartareus ille ſerpens hominibus falſum quid perſuade-

ſuadere contendit. Nam verum eſt, id quod SS. Patres & Doctores Theologi contemplationem & vitam cõtemplatiuam nominant, non omni homini competere: Contemplatio enim propriè eſt ſublimis & pura oratio, in qua anima, ingenti cum claritate ac perſpicuitate (quantam fides pati poteſt) res diuinas ac ſpirituales contemplatur, præcipuè diuinam eſſentiam & ſummas illius perfectiones: illaſque intuetur magna cum animi tranquillitate & interna quiete, & cum intuitu puro & amoroſo, animam ingenti cum admiratione ſuſpendente, & inæſtimabili ſuauitate atque amoris vehementia rapiente. Vnde Venerabil. Richardus de S. Victore contemplationem definiens, his eam verbis, ea quæ iam dicta ſunt, in ſe complectentibus, deſcribit. *Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia, in ſapientiæ ſpectacula cum admiratione ſuſpenſa.* Hoc appellant ſancti contemplationem. Vitam verò contemplatiuam, eam vocant, quando quis potiſſimam,

Quid SS. Patres nominent contemplationē.

& multò maximam vitæ ac temporis partem huic ſancto exercitio, & rebus ad eam pertinentibus impendit. Loquendo in hoc ſenſu de contemplatione, quatenus videlicet eſt exercitium tam ſublime, & à conſideratione ac meditatione differens, clarum eſt, non cuiuis homini, ſed ijs duntaxat, qui multis ac magnis pœnitentiæ atque omnium virtutum exercitijs animas ſuas à vitijs ac paſſionibus emundarunt, & virtutibus adornarunt, conſummatasque reddiderunt. Loquendo præterea in eodem ſenſu de vita contemplatiua, certum eſt, eam non congruere omni hominum generi, ſed ijs, qui ab alijs occupationibus & obligationibus ſoluti, atque ad hanc vitam traducendam donis diuinis idonei effecti ſunt. Loquendo autem de contemplatione in ſenſu communi, quatenus nimirum ſub ſe complectitur, quamcunque attentam conſiderationem ſiue meditationem rerum diuinarum: & vitam contemplatiuam eam nominando, cum quis vnam vel alte-

Contemplatio propriè dicta non omni homini congruit.

Contemplatio quatenus pro diuinarum rerum cōſideratione ſumitur omni homini communis.

alteram in die horam huic exercitio impendit: manifeſtum eſt nihil eſſe omnibus cuiuſuis ſtatus Chriſtianis conuenientius, ſi quiſque ſecundum diſpoſitionem & capacitatem ſuam, & iuxta regulam ac mēſuram, quam in hiſce rebus præſcribit diſcretio, id faciat. Omnis enim homo innumeris in hac vita circumdatus eſt animæ hoſtibus, & validis paſſionibus ac tentationibus impugnatur, continuis etiam & grauiſſimis peccandi & æternam damnationem incurrendi periculis expoſitus eſt: eoque magis quo mundi negotijs fortius irretitur. nam eo in grauioribus & manifeſtioribus verſatur ſalutis periculis. Iam verò ſi rerum diuinarum & myſteriorum Chriſti meditatio eſt, (vti SS. Patres vnanimi conſenſu aiunt, & ſacræ literæ confirmant) armatura qua ab his inimicis protegimur; tentationes ſuperamus, & paſſionibus inordinatis reſiſtimus: ſi eadem eſt medicina qua purgamur à peccatis & vitiorum noſtrorum vulnera curantur, nulli dubium

Myſteriorū Chriſti meditatio eſt armatura noſtra & medicina.

bium eſſe poteſt, quin omnibus hæc meditationis armatura & medicina cõueniat, ſpeciatim myſteriorũ vitæ ac Paſſionis Dominicæ, ad q̃ Roſariũ hoc nos inuitat conſideratio. Hęc eſt cõmunis SS. Patrũ ſentẽtia, q; de contẽplatione in hoc ſenſu agẽtes, exercitiũ illi⁹ cuiuis Chriſtiano cõgruere vnanimiter aſſeuerãt. Cõfirmat id S. Anton. his verbis. Quamuis (ait) in præsẽti vita pauciſſimi ſint, qui ſe in vera & pura exerceãt cõtẽplatione, cũ propter humanas occupationes, quæ ipſos præpediunt: tũ etiam quia pauci ad tam ſublime exercitiũ verè apti atque idonei ſunt: attamẽ nemo prorſus hominũ, quantislibet etiam occupationibus vrgeatur eſſe debet, q; cõtẽplationi aliquid tẽporis quotidie nõ impendat, quatenus nimirũ cõtemplatio, pro diuinarũ rerũ cõſideratione ſumitur. Et S. Bonauent. de meditatione myſteriorũ vitæ ac Paſſionis Dominicæ ſpeciatim diſſerẽs, ſic ait. *In contemplatione humanitatis Chriſti, nõ opus eſt, q̃ præcedat actiua vita contemplatiuam: tũ quia de rebus corpo-*

D. Anton. part. 4. tit. 5. c. 5. in princ.

D. Bonau. in libr. de meditatione vitæ IESV Christi, cap. 53.

corporalibus eſt, ſcilicet, de actibus Chriſti ſecundũ humanitatẽ; vnde tã-quam facilior nõ ſolũ perfectis, ſed etiam rudibus proponitur intuenda: tum quia in ea, ſicut in actiua, & à vitijs purgamur, & virtutibus induimur, vnde cum actiua cõcurrit. Hactenus Bonau. Bono ergo animo ſint fideles ſalutis ſuę cupidi, quia omnib' proponitur menſa ſuauiſſima horũ Chriſti myſteriorũ, vt oẽs ex ea ſumant, cibos vtiliſſimos & ſapidiſſimos animæ, quos ruminẽt ac meditẽtur dies noctesq; in cordibus ſuis. Qui ergo Roſarium hoc mentaliter exercere volent, vt ipſi quoque documẽtis & inſtructionibus ad id rectè peragendum non deſtituantur, reperient ea in libello de oratione mentis, latè fuſcque deducta, quibus ſpero deſiderio ipſorum ſatisfiet. Hactenus de duplici methodo, qua recitari poteſt Roſarium ac documentis ad hoc neceſſarijs diſcernimus, reſtat vt explicata prius huius Roſarij, ab eo quod in communi apud omnes vſu eſt, differentia, teſtimonijs & exem-

plis

plis ſanctorum, ſpirituales fructus: qui ex ſancti huius exercitij frequentatione percipiuntur, oſtendamus.

DOCVMENTVM III.

QVO DECLARATVR huius Roſarij ab eo quod in communi vſu eſt, diſcrepantia.

OPeræpretium erit hoc loco nonnulla tradere de huius Roſarij cum eo quod communiter legitur, & ex quindecim conſtat myſterijs, partim conuenientia, partim differentia: vt hinc intelligatur, Roſarium hoc non excludere, neque impedire vſum alterius, neque id nos ſpectare, quia eſt exercitium ſanctum, vtile ex reuelatione diuina compoſitum, & ab eximiæ ſanctitatis hominibus frequentatum: quin potius hoc Roſarium eò pertinere, vt illud conſeruetur, amplificetur, meliuſque exerceatur & in praxin conferatur.

Con-

Conuenit hoc Roſarium cum altero, quia in vtroque exercetur meditatio vitæ & Paſſionis Domini noſtri IESV Chriſti, & Beatiſſim. Virginis MARIAE, matris eius: in vtroque eorundem myſteriorum conſiderationi, iunguntur orationes Dominicę quinę vel quindecim & ſalutationes Angelicæ, vel quinquaginta, vel centum quinquaginta, pro legentis deuotione: Et ad indulgentias Roſarium legentibus conceſſas acquirendas, parum intereſt, ſiue hoc, ſiue illo modo vtaris: quia idem vtrobique eſt numerus orationum Dominicarum, & ſalutationum Angelicarum. Differt autem ab altero: quia Roſarium vulgare quindecim continet myſteria: quinque gaudioſa, videlicet, B. Virginis Annunciationem: Filij DEI Incarnationem: Elizabethæ Viſitationē, Chriſti Natiuitatē: & eiuſdem in templo Pręſentationē. Quinq; ſimiliter doloroſa: nimirū, Orationē Chriſti in horto: Flagellationem: Coronationem ſpineam: Crucis baiulationem ad montem.

In quo hoc Roſarium cum vulgari cōueniat.

In quo differat.

tem Caluariæ: Mortem in Cruce. Totidem glorioſa: videlicet, Glorioſam Chriſti reſurrectionem: Aſcenſionem in cælos: Spiritus ſancti miſſionem: B. Virginis mortem & Aſſumptionem ad cæleſtem gloriam: Eiuſdem coronationem & glorificationem in corpore & anima. Roſarium autem quod hoc loco tradimus quinquaginta continet myſteria, quæ in vita & Paſſione Chriſti & Beatiſſimę Matris eius ſunt præcipua: incipiendo ab Annunciatione Dominica, & ordine vſque ad vniuerſale iudicium quod in fine mundi exercendum & cæleſtem gloriam quæ iuſtis conferenda eſt, perſequendo: Differt etiam in eo, quod in Roſario vulgari, myſteriorũ conſideratio in vniuſcuiuſque relinquatur arbitrio, ita vt qui non nouit aut non eſt aſſuetus orationi mentis incumbere, ſolas orationes Dominicas & ſalutatiões Angelicas ſine meditatione aut memoria myſteriorũ, recitare ſolent: quod eſt cõmunem ferè, omnium qui Roſarium legunt, vitium: ſicq; recitando ora-

Digitized by Google

do orationes Dominicas & ſalutationes Angelicas, nullam habent ad myſteria attẽtionem: ſed ſatis eis eſt ad orationum verba & ſenſum attẽtos eſſe; quare cum aliud nihil agant, quam quod orationes ſine myſteriorum conſideratione recitent, quamuis id etiam bonum & vtile ſit, attamen præcipuum fructum, qui hauritur ex meditatione & guſtu Dominicorum myſteriorum, amittunt. Sed huius Roſarij ex quinquaginta myſterijs conſtantis vſu, totum hoc vitium, in quod multò maxima pars hominum corruit, reparatur. In eo enim ſingulis ſalutationibus Angelicis ſuum ſubnectitur myſterium, idque mentaliter, quod dum ad memoriam reducitur & conſideratur, inde fit vt mens maiori facilitate, nõ tãtum in recitandis orationibus Dominicis & ſalutationibus Angelicis ad ſenſum verborum, atque ad petitiones in illis contentas, ſed etiam in ipſis myſterijs conſiderandis attenta ſit: adeoque ex illis fructum hauriat piæ deuotionis. Præterea

in eo-

Digitized by Google

in eodem Roſario, vnicuique myſterio binæ ſocientur orationes vna in principio, altera in fine, vtræque tamen ad B. Virginem directæ, magnęque vtilitatis & ſuauitatis: in priori enim petimus à B. Virgine MARIA, vt filium ſceleribus noſtris offenſum nobis propitiare & placare dignetur: in poſteriori verò, vt hanc nobis gratiam à filio impetret, quo ei placere, atque ipſum poſt hanc vitam in cælis cum Beatiſſima Virgine MARIA æterna gloria coronata videre, ipſorumque dulciſſima præſentia perenniter frui mereamur.

Roſarium igitur hoc quotidie legendo, exercemus ſimul Roſarium vulgare quod quindecim myſterijs conſtat: quia hæc quindecim myſteria, in quinquaginta illis myſterijs, quibus Roſarium quod hoc loco tradimus, conficitur, includuntur: exercemus etiam illud maiori cum fructu, quia memoriam & conſiderationem quindecim myſteriorum nō omittentes, ſimul deuotionem cæterorum myſteriorum conſideratione, &

ne, & pijs orationibus quæ in hoc Roſario continentur, augemus. Ex quo alia ſilentio minimè prætereunda, inſignis exiſtit vtilitas, nimirum, quod huius Roſarij frequenti vſu adeo imprimantur in mentibus noſtris actiones vitæ ac Paſſionis Dominicæ, vt ea non eo tantum tempore ac loco, quando Roſarium hoc recitamus, ſed quouis etiam alio tempore ac loco ſe nobis noua cum luce ac guſtu offerant. Anima autem ſic occupata & talibus repleta cogitationibus, nullum præbebit locum alijs vanis & inutilibus cogitationibus; eas etiam ſi venerint maiori cum facilitate à ſe repellet. Quin & hoc conſequetur, vt diuina ope aſpirante Dominum præ oculis animæ omni ferè tempore præſentem habeat, quod quanti ſit, quantamque vtilitatem & conſolationem animæ adferat, ſanctorum Patrum vnanimis teſtatur aſſenſus. Ac denique ad maximam cum Deo familiaritatem, communicationem & amicitiam pertinget: multiſque alijs ſingularibus & exi-

Ex frequẽti huius Roſarij vſu q̃ nobis vtilitates proueniant.

eximijs donis, de quibus poſtea diſſerturi ſumus, locupletabitur.

DOCVMENTVM IV.

QVO DEMONSTRAtur SS. Patrum teſtimonijs & exemplis, quam vtilis ſit huius Roſarij vſus cuilibet homini, quatenus in eo vitæ ac Paſſionis Dominicæ conſideratio exercetur.

QVandoquidem in bonis ac pijs moribus ſiue conſuetudinibus, vſus & exempla ſanctorum, nec non ſpes & cognitio, qua diuina illuſtrati lumine, omnium rerum bonarum notitiam habuere, eſt præcipuus poſt DEVM omnium virtutum & ſanctorum exercitiorum magiſter: vita namque illorum fuit Chriſti Domini noſtri perfectiſſimum exemplar, & viuum quoddam Euangelium, idcirco operæpretium mihi facturus videbar ſi hanc

hanc partem latius fuſiusq́ue tractarem & particularibus teſtimonijs & exemplis demonſtrarem, tum ea quę ſancti in huius Roſarij ſenſerunt & experti ſunt, tum pulcherrimos & iucundiſſimos omnium gratiarum & virtutum fructus, quos ex eius vſu hauſerunt & collegerunt.

Duo præcipuè exercentur in hoc Roſario. Primum eſt, memoria & conſideratio vitæ ac Paſſionis Chriſti: alterum eſt, deuotio erga Beatiſſimam Virginem Mariam. De quorum vtroque probandum nobis eſt, & perſuadendum exercitium hoc omni hominum generi & ſtatui, tam illis qui virtutum prima adhuc fundamenta iaciunt: quam ijs qui omnium virtutum ac totius perfectionis apicem attigerunt: tam Religioſis & Eccleſiaſticis, quam ſecularibus & Laicis: tam matrimonio iunctis, quam ijs qui cælibem & continentem vitam agunt, ſingulis nimirum iuxta ſtatũ ſuum eſſe cõuenientiſſimum & vtiliſſimũ: ſicuti liquebit ex teſtimonijs & exemplis ſanctorum

que res homine Chriſtiano valde indigna. Hinc S. Bonauentura. Quid inquit ſceleſtius aut morte atque damnatione dignius eſſe poteſt, quam vt quis tam excellenti beneficio quo nos Chriſtus pro nobis immaniſſima tormenta patiendo affecit, ingratum ſe declaret? Deinde, quia hæc gratitudo, eſt obſequium Christo gratiſſimum & iucundiſſimum, ex quo magnam capit voluptatem & gloriam: quo etiam nos illum ad maiora beneficia in nos conferenda prouocamus & permoueamus. Obſequium hoc vti S. Bernardus ait, eſt illud ſacrificium laudis, de quo Dauid in pſalmis *ſacrificium laudis honorificabit me*. Eſt itidem, eodem S. Bernardo atteſtante, vnguentum pretioſiſſimum & inæſtimabilis fragrantiæ quo perungitur caput Chriſti: quamuis enim pretioſum ſit vnguentum contritionis peccatorũ, quo imbuuntur pedes Chriſti, quemadmodum fecit B. Maria Magdalena in exordio conuerſionis ſuæ, attamen vnguentum hoc longè

D. Bonau. in ſtim.

Gratitudinis laudes.

D. Bern. ſerm. 10. in Cant.

Pſal. 49.

pretioſius & excellentius eſt quo caput illius perfunditur, quemadmodum fecit eadem B. Magdalena, poſteaquam vberem in ſchola Chriſti fructum feciſſet: quia caput Chriſti, quatenus homo, eſt ipſa diuinitas, vti S. Paulus Apoſtolus teſtatur, per gratiarum verò actionem omnia bona huic capiti, quod eſt omnium horum donorum fons & ſcaturigo, iterum attribuuntur: hoc autem obſequium eſt ipſi DEO gratiſſimum & iucundiſſimum.

1. Cor. 1.

Magna igitur neceſſitas & obligatio cunctis fidelibus incumbit, gratias agendi DEO pro beneficijs vitæ ac Paſſionis Chriſti: Huic autem obligationi per quotidianum huius ſacri Roſarij vſum ſatisfaciunt: quia dum Chriſtianus beneficiorum vitæ ac Paſſionis Dominicæ recordatur, eaque ſecum conſiderat & meditatur: ſimul ea ſecum quanta ſint ponderat, & pro ijs gratias agit. Ex eo autem fit vt ea magni æſtimet, eorumque donatorem & effectorem qui ea noſtri cauſa operatus eſt, laudet &

Huic obligationi fidelis quiſque per Roſarij lectionem ſatisfacit.

det & amet, quæ eſt perfecta atque omnibus numeris abſoluta gratiarũ actio. Vnde S. Bernardus nihil omnino ambigit, quod diuinorum beneficiorũ memoria excitet ac moueat hominem ad laudandum benefactorem. Quare ſingulis diebus recitandum erit nobis hoc Roſarium & attenta meditatione myſteria illius indies expendenda, non modò ſine tædio ac faſtidio, ſed etiam cum quadam animi voluptate ac guſtu, vt ſingulis diebus, imò & horis nouas Deo pro hiſce beneficijs grates perſoluamus, nec vnquã deſit cordi & linguæ noſtræ, laus & gloria quam DEO & Saluatori noſtro pro ijs referamus, adimplendo illud Dauidis. *Semper laus eius in ore meo*: vt quemadmodum hoc ſancto exercitio memoriam diuinorum myſteriorum, & gratiarum actionem laudationemque continuamus: ita per illius aſſiduum vſum omni die, omni hora, atque omni momento, noua & maiora à Deo beneficia promereamur: quia vti S. Bonauentura teſtatur, fre-

S. Bern. ſerm. 10. in Cant.

Pſal. 33.

D. Bonau. in Theol. myſt. p. 1. cap. 3.

quens memoria & conſideratio diuinorum beneficiorum, non aliter ac tuba quædam ſemper reſonat in auribus DEI, illiuſque diuinum cor ad excellentiora beneficia in nos congerenda permouet. Quod ſi memoria cuiuſcunque beneficij id agit, quid putandum eſt facere memoriam horum beneficiorum, quæ cætera longo interuallo ſuperant? Huic obligationi, vt homines ſanctimoniæ ac pietatis laude præſtantes ſatisfacerent, Deumque aſſidua laudatione celebrarent, ac perpetuam ei gloriam tribuerent, eò omnes conatus ſuos contulerunt, vt continuam horum myſteriorum vitæ ac Paſſionis Chriſti memoriam haberent, ea ſecum meditarentur & contemplarentur: nec vnquam è corde deponerent: Id autem vt conſequerentur, omnia media quæ eis ad hoc auxilio eſſe poterant adhibebant: qualia ſunt loca ſancta, in quibus hæc myſteria peracta fuere, & templa, in quibus eorum memoria celebratur viſitare: imagines pias, eadem myſte-

Sācti viri quomodo obligationi huic ſatisfecerint.

myſteria oculis obijcientes intueri: libros eadem recenſentes legere: ac ſpeciatim Roſarium quotidie recitare, vix enim vllum aliud medium hæc myſteria memoriæ & cordi noſtro efficacius imprimit.

De Beatiſſima Virgine MARIA, grauiſſimi auctores referunt, quod & S. Brigida ſibi diuinitꝰ reuelatum fuiſſe confitetur, eam nimirum poſt filij in cælos Aſcenſionem, & Spiritus ſancti ſuſceptionem, ſolitam fuiſſe loca illa, in quibus myſteria Incarnationis, Natiuitatis, Paſſionis, & ſepulturæ filij DEI & ſui peracta fuerant, ſæpenumerò inuiſere: atque in ijs ineffabili cum deuotione ac gratiarum actione profundiſſima illa myſteria contemplari, quæ nullo vnquam tempore, non manducans, non bibens, nō loquens, non aliud quicquam operis agens, è memoria deponebat: vti in tractatu de B. Virginis MARIAE imitatione latè fuſeque oſtendimus.

Probatur id B. Virgin. Mariæ exemplo.

Caniſ in Manali lib. 5. c. 1.

De S. MARIA Magdalena conſtat ex reuelatione quam ipſa cuidam

Item, B. Mariæ Magdalenæ.

Silueſter in Roſa aurea. eximiæ ſanctitatis monacho Dominicano exhibuit, illam, quamdiu in deſerto & aſpera ſolitudine atque horridis rupibus vixit, altiſſimæ contemplationi diuinitatis, coniunxiſſe myſteriorum vitæ ac Paſſionis Chriſti conſiderationem: hac enim miraculoſum illud Archangeli Michaelis auxilium promeruit, qui eam à teterrimis ſpiritibus afflictam inuiſit, & dæmones ipſam moleſtantes in fugam compulit, atque in ore ſpeluncæ crucem myſticam defixit, in qua cuncta Chriſti myſteria cernere licebat. Ibi vti in hiſtoria illius refertur, *Annæ & Ioachim hiſtorias, ibi Mariam IESVM parientem; ibi crucifixi tetrum liuorem; ibi pium cruorem; ibi dura vulnera; ibi crucem ac mœrorem eius dabatur intueri; & eundem regredientem ab inferis, & cæli ſidera penetrantem.*

Et exẽplo S. Pauli Apoſtoli. 1. Cor. 2. Quid verò ſanctus Paulus Apoſtolus gentium doctor, & eximium mundi lumen, aliud ſecum cogitabat & loquebatur, niſi myſteria vitæ &

tæ & Paſſionis CHRISTI Seruatoris noſtri? Quamuis enim ad tertium vſque cælum raptus fuiſſet, quamuis per altiſſimam contemplationem, immenſam diuinitatis abyſſum introiſſet, quamuis ſecreta, quæ nulla humana lingua poteſt exprimere, audiſſet: attamen CHRISTI myſteriorum nunquam obliuiſcebatur; hic erat cibus eius die ac nocte, hæc mentis refectio, ac proinde affirmabat ſe aliud nihil ſcire, quam IESVM CHRISTVM & hunc Crucifixum: vt his verbis indicaret, quamuis ſæpe CHRISTVM in diuinitate ſua contemplaretur, ſe tamen nunquam myſteriorum Crucis, Paſſionis ac mortis memoriam abijcere, ſed hæc intrinſecus cordi ſemper habere impreſſa, de his cogitare, hæc ita prædicare, quaſi nullius alterius rei ſcientiam calleret. Tanta autem cum gratiarum actione hæc myſteria contemplabatur, tantoque cum affectu pro ijs DEVM laudabat, quaſi ſui ſolius cauſſa ea confecta fuiſſent, quod

Galat 2. ſignificare videtur, cum ait: *In fide viuo filij DEI, qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me.* Commune beneficium facit ſibi proprium, vt patefaceret nobis admirabilem affectum, quo illud complectebatur, vtque nos inſtrueret, ita nobis contemplanda eſſe hæc myſteria, quaſi ea pro vnoquoque noſtrum duntaxat operatus fuiſſet Chriſtus liberator noſter, tanto enim cum amore Chriſtus pro omnib⁹ paſſus ac mortuus eſt, vt etiam pro vnoquoque in particulari paſſus ac mortuus fuerit, quia omnes & ſingulos in corde præſentes habebat: & ſi neceſſarium fuiſſet pro vnoquoque vnam mortem perpeti, eam libenti animo ſuſtinuiſſet, quia charitas non minus quam gratia erat infinita, id eſt, ſine limitatione, ac menſura expendebat ea omnia, quæ ad charitatem & gratiam pertinebant. Quoniam verò hæc gratiarum actio vna eſt ex præcipuis affectibus, quos in nobis ex horum myſteriorum conſideratione debemus ſuſcitare, in tractatu de ora-

oratione mentis eam diffuſius declarabimus.

QVAM SIT NECESSARIA horum myſteriorum conſideratio ad animæ reformationem.

PARAG. II.

TAntæ virtutis & efficaciæ eſt horum myſteriorum conſideratio, vt quemadmodum pro nobis ſaluandis ea Chriſtus operatus eſt: ita pro mundo in moribus ſuis vitiato & corrupto renouando atque ſanando nulla alia medela vſus ſit, quam horum myſteriorum aſſidua recordatione & conſideratione: Ijs temporibus cum SS. Dominicus & Franciſcus, ſanctiſſimarum religionum parentes & inſtitutores, florerent, in populo Chriſtiano erat generalis quædam vitiorum corruptio, ingens deuotionis, diuinique amoris & rerum cæleſtium negligentia & obliuio: has autem grauiſſimas plagas vt Deus curaret, atque in *Myſteriorũ Chriſti conſideratio ad morũ reformationem valde efficax.*

cordibus fidelium deuotionis feruorem ſuſcitaret, diuinique amoris ignem accenderet, duos hoſce viros eximiæ ſanctitatis excitauit, nullumque illis aliud medium pro eo efficiendo contulit, quam vt homines ad memoriam & conſiderationem aſſiduam horum myſteriorum vitæ ac Paſſionis Chriſti qualis in Roſario exercetur, incitarent & admonerent.

Probatur id exẽplo S. Dominici.
In vita eius cap. iii.

S. Dominicus, vti in hiſtoria vitæ illius refertur, cum in Francia contra Albigenſes prædicaret, atque duritiam eorum exiguamque quam apud illos faceret vtilitatem cerneret, totum ſe orationi tradidit, in qua DEO maximam hanc neceſſitatem proponens vt medelam adhiberet, ſacratiſſimæ Virginis MARIAE quam ſibi in patronam delegerat intercelſione flexus, flagitabat. Apparuit ei tum eadẽ cæli Regina, & eum ad perſiſtendum in animarum conuerſione, atque omnes moleſtias & caſus aduerſos propter hoc impendẽtes virili animo tolerandas, exemplo

plo Chriſti animauit: pro medela autē qua cordiū humanorū duriciā & frigiditatē expugnaret, hoc ei cōtulit, nimirū daret operā vt in eis memoriā & conſiderationē myſteriorū vitæ ac Paſſionis Chriſti, q̃ profundiſſimè imprimeret, illosque ad ea ſemper mēte tractanda, ad ſermones de illis miſcendos: ad laudandum & gratias agendum pro ijs adhortaretur: id ſi faceret, vberrimos ipſum fructus relaturum. Fecit vt iuſſus fuerat, magnamque propterea curam & ſolicitudinem impendit, vt eis Roſarij quotidianum vſum perſuaderet. Ea autem, de quibus alios inſtruebat, primum in ſe perfectiſſimè adimplebat. Contemplabatur enim aſſiduè ea quæ Chriſtus noſtri cauſa fecerat ac perpeſſus fuerat: amorem inſuper immēſum quo cum ea ſuſtinuit: atque ex hac conſideratione ad diuinum amorem, feruentemque pro tanto beneficio gratiarum actionē acriter inflammabatur. Prædicatione autem Roſarij, nō tantū ipſe ampliſſimū in populo fructū

 fecit,

fecit, ſed & fratres ſui ordinis poſt eum, atque etiamnum faciunt.

Item, ex emplo S. Franciſci. S. Bonau. in vita eius cap. 1. & 10.

S. Franciſcus, vti S. Bonauentura in vita eius teſtatur, ſimiliter à DEO inſtructus fuit. A principio enim conuerſionis largitus eſt ei DEVS ſingularem animi deuotionem erga ſanctiſſimæ Paſſionis ſuæ myſteria, quæ frequenter ſecum expendebat: neque tantum expendebat, ſed etiam ad primam eorum memoriam, totus præ teneritudine amoris lique fiebat; & in lachrymas reſoluebatur. Quibus vt liberius poſſet incumbere, loca deſerta & ab hominum conſortio remota petebat, in quibus tranquillo animo & corpore, hæcce Paſſionis Dominicę myſteria meditabatur, atque illa tanto cum guſtu ſecum tractabat, vt etiam ſæpenumerò forinſecus in alta ſuſpiria & clamoſas voces erumperet: tanto cum doloris ſenſu & animi compaſſione, tantaque cum lachrymarum vi, vt Chriſtum ante oculos ſuos patientem videre crederetur. Quantum verò cordi eius impreſſa foret

foret Chriſti Paſſio, ea re vel maximè DEVS declarauit, quando ſimul corpori eius quinque vulnera ad ſuorum vulnerum ſimilitudinem impreſſit. Hoc pacto præparauit illum DEVS, vt verbis efficaciſſimis, & exemplo auſterrimæ ſuæ pœnitentiæ, hominis ad vitæ ac paſſionis ſuæ ſacratiſſimæ memoriam, imitationem, & gratiarum actionem incitaret. Iuſtum namque eſt, vt quandoquidem Chriſtus graue ac moleſtum arbitratus non eſt, noſtri cauſa tam multos tamque acerbiſſimos cruciatus & contumelias perpeti, imo propter immenſum amorem quo cum patiebatur, dulce ac ſuaue: ita nobis quoque non modo graue non ſit, eorum recordari, ſed etiam libenti animo, ſingulis penè horis ac momentis ea nobiſcum reuoluamus, vt ſic ad debitam pro eis gratiarum actionem referendam excitemur.

✠

DE SPECIALIBVS ATQVE *eximijs fructibus quos viri ſancti ex horum myſteriorum conſideratione hauſerunt.*

PARAG. III.

Fructus conſiderate Paſsionis Dominicæ quāti ſint.

QVis ſingula bona, quæ quilibet ex myſteriorum CHRISTI, quæ in hoc Roſario proponuntur, quieta & diligenti conſideratione adipiſcitur, enumerando percenſere valeat? Quamuis nemo id oratione aſſequi poſſit, ſed omnem facundiam ea res ſuperet; auſcultemus nihilo ſecius S. Bonauenturam, cui horum ſecretorum non exigua pars à DEO manifeſtata fuit, ſic dicentem. *Paſsionem Chriſti in corde rumines quotidie. Huius enim paſsionis meditatio continua mentem eleuabit. Quid agendum, quid meditandum, quidque ſciendum & ſentiendum ſit, indicabit: ad ardua te ininflammabit: vilificari, contemni & affligi affectare te faciet: tam in cogitatione, quam in locutione ac etiam*

S Bonau. in ſtim. cap. 5.

opera-

operatione te regulabit. Hactenus Bonauentura. Vſus autem ipſe & quotidiana docet experientia, omnia hæc bona per continuam conſiderationem vitæ ac paſſionis Dominicæ obtineri.

S. Edmundo, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Cantuarienſis, in Anglia, cum adhuc pueritiæ annos necdum exceſſiſſet, puer IESVS apparuit, eumque monuit, vt ſui memoriam ſemper animo circumferret, ſui deſiderio arderet, noctes dieſque de ſe, atque ſanctiſſimæ vitæ ac Paſſionis ſuæ actionibus cogitaret, hoc enim magno ei præſidio, non ad bonam modò vitam traducendam, ſed aduerſus malam quoque ac repentinam mortẽ futurum. Paruit admonitioni huic S. Edmundus, ab eo enim tẽpore nocte vel die ſtuduit paſſionẽ Chriſti animo verſare, in eaq; meditanda medullitus delectari. Cum autẽ quodã die feſto multis occupationibꝰ impeditus, nocte recordaretur, ſe Dominicæ paſſionis commemorationem omiſiſſe, caputque feſſum quie-

S. Edm. quas ex conſideratione paſſionis Dominicæ vtilitates hauſerit. Laurent. Sur. in Nouemb.

iniuſtè agit, qui ſe quo minus horum fructuum per illius frequentem vſum particeps reddatur, ſubtrahit & excuſat.

Qui à DEO ad celſiſſimam diuinitatis diuinarumque perfectionum contemplationem vocantur, eos hac via ingredi, atque per hanc ſcalam aſcendere oportet: poſteaquam etiam ad contemplationis ſublimitatem aſcenderint, ſæpe illis ad eandem, quo ibi ſpiritum foueant & conſeruent, redeundum eſt, quemadmodum in libro de oratione mentis fusè declarauimus.

Per hanc qui ad diuinitatis contēplationē accedunt ingredi debent.

Hæc eſt enim æternę ſapientiæ ſuauiſſima diſpoſitio, quod quemadmodum nemo poteſt ad claram diuinitatis ſuæ viſionem in cælis pertingere, niſi prius viua fide credat myſteria, quæ ſancta humanitate ſua operatus eſt in terris: ita ſecundum certam quandam proportionem, neminem ordinarie attollit ad puram contemplationem ſuæ diuinitatis, niſi prius ſeſe in meditatione operum ſiue myſteriorum ſanctiſſimæ

huma-

humanitatis ſuæ diligenter exerceat, & cruciatibus atque tormentis ſuis cum intimo doloris ſenſu cõſideratis, compatiatur. Vnde S. Bonauentura dicit, conſiderationem humanitatis & carnis Chriſti, atque myſteriorum quæ in ea operatus eſt, eſſe ingreſſum ad contemplationem & amorem vnitiuum diuinitatis eius: atque in huius rei argumentum, ipſum voluiſſe ſanctiſſimum latus ſuum lancea aperiri, vt intelligerent fideles, ipſos non poſſe ingredi ad ſecretum diuinitatis, niſi prius per hoc ſanctiſſimum vulnus pia meditatione atque compaſſione ingrediantur. Et quamuis manifeſtum ſit conſiderationem diuinitatis CHRISTI & diuinarum illius perfectionum, eſſe natura ſua potentiorem, ad accendendas animas noſtras ad amorem atque deuotionem rerum cæleſtium, & ad experiendos ſubſimiores & ſuauiores guſtus, vti probant animæ ſua munditie DEO placentes, & ad cæleſtium contemplationem idoneæ: & ſanctus

D. Bonau in Theol. myſtica c. 3 p. 3. Laur. Iuſtin. in p̃logo agonis Chriſti.

ſanctus Bernardus confitetur. Attamen ſi conſideres infirmitatem humanam, & exiguam hominis capacitatem, conſideratio myſteriorum ſanctiſſimæ humanitatis CHRISTI, quæ in hoc Roſario nobis repræſentantur, ordinariè ad maiorem amorem & deuotionem rerum cæleſtium nos excitat. *S. Bern. in Cant. ſerm. 62.*

Eſt præterea medium, quo aſcendimus ad contemplationem ſummæ diuinitatis: nam bonitas, pulchritudo, ſapientia cęteręque perfectiones DEI, in operibus ſanctiſſimæ humanitatis Chriſti, non aliter atque in lucidiſſimo ſpeculo reſplendent. Ac proinde fidelis anima, quamuis frequenter ſe pia Dei manu ad contemplationē diuinitatis attolli ſentiat, hac tamen vi & virtute diuina, qua erigitur deficiente, redeat ad hunc refugij locum, ad conſiderationem videlicet myſteriorū vitæ ac Paſſionis Chriſti vbi ſuam foueat deuotionem, ſecuriusque diuinam præſtoletur viſitationē. Vnde S. Thomas. Ea, inquit, quæ ad diuinitatem Chriſti per-

Cōſideratio operū humanitatis Chrīſti, eſt medium quo aſcēdimus ad cōtemplationem diuinitatis.

D. Ambr. in Luc. l. 4. cap. 4.

D. Thom. 2. 2. q. 8. art. 1.

pertinent natura ſua amplius ad deuotionem & amorem DEI nos excitant: ſed quia intellectus humani infirmitas, vt inuiſibilia DEI cognoſcat & amet, quibuſdam quaſi adminiculis rerum viſibilium & ſenſibus ſubiectorum indiget, vt erigatur: hinc fit, quod ea quæ ad Chriſti humanitatem pertinent, deuotionem noſtram efficacius incitent ac promoueant, & quamuis contemplatio diuinitatis, diuinarumque perfectionum ſit ſublimior & in ſe ſuauior, quod nihilo ſecius in myſteriorum vitę ac Paſſionis Chriſti conſideratione, maior hominum pars plus reperiat deuotionis.

D. Bonau. in medit. vitæ Chriſti, cap. 5. Ideoque non immerito ait S. Bonauentura: *Super omnia ſpiritualis ſtudij exercitia hoc* (id eſt, Dominicæ vitæ ac Paſſionis conſiderationem) *magis neceſſarium, magisq; proficuum credo, & quod ad excelſiorem gradum perducere poſsit. Nunquam enim inuenies vbi ſic doceri poſsis contra blandimenta vana & caduca, contra tribulationes & aduerſa, contra hoſtium tenta-*

tentamenta & vitia, ſicut in vita Domini noſtri I E S V Chriſti, quæ fuit ab omni defectu perfectiſſima.

Ex frequenti enim & aſſidua meditatione vitæ ipſius adducitur anima in quandam familiaritatem, confidentiam & amorem ipſius, ita quod alia vilipendit & contemnit. Inſuper fortificatur & inſtruitur, quid facere vel fugere debeat. Roborat etiam & ſtabilit mentem contra terrenas & vanas cogitationes. Confirmat hæc omnia exemplo S. Cæciliæ, de qua memorię proditum eſt, quod ſolita fuerit Chriſti Euangelium in ſinu geſtare, id eſt, vitam ac paſſionem eius in Euangelio deſcriptam attenta mente dies noctesque cogitare.

Cæleſtium eximius contemplator Ioannes Ruisbrochius, cuius contemplatio & ſapientia infuſa, hominibus etiam doctiſſimis ac ſpiritualium rerum callentiſſimis qui opera ipſius perlegerunt, admirationem commouet, illumque alterum Dionyſium Areopagitam eſſe dictitant, cum in nemore quodam, monaſterio ad- *In eius vita operib⁹ præfixa, c. 12.*

rio adiacenti, ad quod ſæpè orationis ac meditationis ergò itare conſueuerat, contemplationi intentus eſſet, ſub arbore viſus fuit, tanta luce ac ſplendore cæleſti circumfuſus, vt ingentis flammæ ſpeciem præberet, & arbor ardere crederetur. Medium quo ad huius contemplationis ſublimitatem aſcendebat, erat aſſidua myſteriorum hujus Roſarij conſideratio: ideoque in vita eius refertur, eum ſpeciali affectu ſemper coluiſſe Roſarium, illudque crebro recitare ſolitum fuiſſe: ſi etiam operis quidpiam actitaret, illud ſecum geſtare conſueuiſſe, vt corpore forinſecus in exterioribus laboribus occupato, anima intrinſecus hac ſuauiſſima conſideratione diſtineretur ac paſceretur.

Sanctus Bernardus, qui dulciſſimo contemplationis dono, ſecreta diuinitatis Chriſti, quàm profundiſſimè penetrauit, per hanc portam, id eſt, per conſiderationem ſanctiſſimę vitæ ac Paſſionis Chriſti ingreſſus eſt, quemadmodũ de ſeipſo fatetur,

cum

cum ait. *Hæc*, (amaritudines intelligit & tormenta Chriſti) *meditari dixi ſapientiam, in his iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus ſalutaris amaritudinis, ex his rurſum ſuauis vnctio conſolationis. Hæc me erigunt in aduerſis, in proſperis reprimunt, & inter læta triſtiaque vitæ præſentis, via regia incedenti, tutum præbent vtrobique ducatum, hinc inde mala imminentia propulſando. Hæc mihi conciliant mundi iudicem, dum tremendum poteſtatibus mitem humilemque figurant: dum non ſolum placabilem, ſed & imitabilem repræſentant eum qui inacceſſibilis eſt principatibus, terribilis apud reges terræ. Propterea hæc mihi in ore frequenter ſicut vos ſcitis: hæc in corde ſemper, ſicut DEVS ſcit: hæc ſtylo meo admodum familiaria, ſicut apparet: hæc mea ſublimior interim philoſophia ſcire IESVM, & hunc crucifixum.* S. Bern. ſerm 23. in Cant.

✠

EX

EX HORVM MYSTERIORVM consideratione victoriam contra vniuerſas paſſiones & tribulationes obtineri.

PARAG. IV.

Ad vitioſas animi paſsiones comprimẽdas nihil melius Dominicæ vitæ ac paſſionis cõſideratione.

QVicunque dominantes in ſe habent iræ, impatientiæ, cupiditatis, ſuperbiæ, concupiſcentiæ & cæteras cuiuſcunque nominis paſſiones, illiſque interitum adferre, pacemque & tranquillitatem cordis adipiſci deſiderant, huic ſancto exercitio ſe dedant, Roſarium legant, illiuſque myſteria, attenta mente ſecum expendant, ſic enim fiet vt voti ſui compotes reddantur, quod ſanctorum exemplis teſtatum eſt.

Surius in vita eius, tom. 5.

S. Elzearius Comes Ariani, quemadmodum ex hiſtoria vitæ illius fide digniſſima conſtat, quamuis matrimonio iunctus eſſet virgini ſpecioſiſſimæ, de conſenſu tamen ſponſæ ſuæ, cum illa virgineam puritatem, tantamque in vita innocentiam & ſancti-

Digitized by Google

ſanctimoniam conſeruauit, vt nunquam peccatum aliquod mortiferum admiſerit. Hic multas poſtea iniurias, & damna perpeſſus eſt. Fuerunt ei facultates per ſummam iniuſtitiam ablatæ, honor contumelijs indigniſſimis, falſisque teſtimonijs læſus, & tamen omnes haſce aduerſitates, aliaque quæ indies domi ſuæ, & quoad familiam ſeſe offerebant, tanta cum patientia, manſuetudine ac humilitate ſuſtinuit, vt nunquam de ijs, à quibus multis modis laceſſitus ac diuexatus fuerat, vltionem petierit, nec vnquam, vrgente etiam Principe Tarentino ſe vltus ſit: imo inimicos ſuos tanta charitate complectebatur, vt eos præ cæteris honorificentius exciperet, magis familiarem ſe illis præberet, atque ſpecialia amoris & beneuolentiæ ſigna eis exhiberet. Cum à nonnullis incitaretur, vt litteras, quas quidã falſis teſtimonijs & rationibus refertas ad patrem pro illius exhæredatione ſcripſerant, calumniatoribus ſuis oſtenderet, vt ita ſubmiſſius & hu-

milius ſeſe gererent, & tanti ſceleris ducerentur pœnitentia, recuſauit, ne illos contriſtaret; quin potius litteras illas adeò aboleuit, vt nunquam quiſquam illorum reſciuerit, eas in manus ipſius perueniſſe. Hanc autem pacem, huncque eximium virtutum theſaurum ex crebra myſteriorum vitæ ac paſſionis Chriſti conſideratione, vti ipſemet teſtatus eſt, hauſit. Cum enim die quadam à ſponſa ſua Dalphina, quæ ipſius inſignem inuictamque patientiam vehementer admirabatur, interrogatus eſſet. Cur nunquam erga illos, qui eum iniuria afficerent, commoueretur, ita reſpondit. Sentio quidem interdum aliquam in animo aduerſus infeſtantes me indignatio[nem], ſed ilico me conuerto ad cogi[tandas] iniurias Chriſto illatas, eum[que] imitari cupiens, dico mihijpſi Etiamſi famuli tui barbam tuam cō[uellerent], & colaphos tibi infringe[rent], nihil eſſet ad Dominum tuum qui maiora perpeſſus eſt: nec priu[s] ceſſo à cōmemorandis iniurijs Sal[uato-]

Elzearius Comes quantam ex Dominicæ vitæ ac Paſſionis conſideratione hauſerit patientiã.

uato

uatoris mei, quam animus meus planè ſit tranquillatus. Alio tempore cum in monte Peſſulano, abſens ab vxore ſua diutius hæreret, illa ad eum litteras per famulum miſit, cupiens noſſe cur illic moram faceret. Cui ille ſic reſpondit. Sanus ſum corpore ſum & ſoſpes. Quod ſi verò videre me cupis, quære me in vulnere lateris Chriſti. Illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, fruſtrà alibi quæſitura.

Memorabile dictum.

Adhæc quicunque tentationibus triſtitiæ, mœroris, ariditatis, ac diffidentiæ implicati ſunt: hæc ſacra myſteria ſecum mente reuoluant, nec ea, etiamſi nullum in eis guſtum inueniant, deſerant, ſic enim à pia DEI benignitate gaudium, & conſolationem obtinebunt. Docuit hoc CHRISTVS quendam ſibi deuotum, vti refert Henricus Suſo in Horologio ſapientiæ: Hic in primo conuerſionis ſuæ exordio, acerbiſſimè vexabatur inordinato animi mœrore, qui in tantum illi nonnunquam moleſtus erat,

Dominicæ paſſionis conſideratio præſētaneū remediū eſt aduerſus tētationes inordinatæ triſtitiæ.

Hēr. Suſo in Horol. ſap c. 14.

vt nemo id poſſit aſſequi, qui non ſi eundem expertus. Cum ergo vic quadam in cubiculo ſuo ſederet poſ abſolutum prandium, adeo hæc eum tentatio occupauit, vt neque ſtudere, neque orare, nec quicquam omnino boni illi agere liberet: ſedebatque triſtis in cubiculo ſuo, manibus in ſinu complicatis, tanquam qui ad minus in laudem Domini ſui vellet cuſtodire cubiculum ſuum: quandoquidem ad quæuis alia ſpiritalia exercitia eſſet inhabilis ac inidoneus. Itaque hunc in modum reſidens, omni conſolatione deſtitutus, viſus eſt ſibi intus audire eiuſcemodi vocem. Quid hic reſides? Surge & quæ ego perpeſſus ſum, ad animum reuoca, ita fiet, vt tuæ afflictionis obliuione capiaris. Confeſtim ille exurgens (neque enim aliter accepit hanc vocem, quam quæ cælitus delata eſſet) Domini IESV paſſionem meditari cœpit, atque interim moleſtia illa ſua adeo ſe ſenſit liberatum, vt deinceps nunquam ea ratione illam experiretur. Quo exemplo DEVS do-

cer

cere voluit; quàm efficax ſit medicina, myſteriorum Dominicæ paſſionis conſideratio, ad noſtri conſolationem, atque omnis inordinatæ triſtitiæ ab animis noſtris abſterſionem.

Porro quemadmodum hæc conſideratio aduerſus tentationem inordinati mœroris efficaciſſimum eſt remedium, ita quoque aduerſus omnes alias tentationes, quæ hominem Chriſtianum in hac vita impugnare poſſunt, ſiue ſint iræ, ſiue ſuperbiæ, ſiue vanæ gloriæ, ſiue gulæ, ſiue luxuriæ: quapropter confeſtim quando mentem eiuſcemodi aliqua tentatio ſiue cogitatio pulſat, confeſtim cor ſuum ad memoriam & conſiderationem horum myſteriorum eriget, ſpeciatim ad Dominicam paſſionem, ſeque per meditationem & deſiderium in ſanctiſſimis Chriſti vulneribus, atque manuum, pedum, ac lateris lancea patefacti foraminibus includet, Chriſtumque hic poſitus rogabit vt ſibi adeſſe, ſeque ab inimicis inuiſibilibus tutari velit. Offeret

Dominicæ vitæ ac paſſionis meditatio ad omnes alias tentationes potentiſſimum alexipharmacum.

ſeret etiam DEO patri hæcce myſteria, & per omnia quæ vnigenitus eius, cùm ea pro hominum ſalute operaretur, promeritus eſt, eum deprecabitur, vt ſibi victoriam contra hanc tentationem & vitium à quo impugnatur, concedat. Sic enim potenti manu DEI liberabitur, & experientia ipſa cognoſcet, vtiliſſimam eſſe huius Roſarij quotidianam exercitationẽ, propterea quod illa tam recẽtem & viuam ſibi ſemper ſuppeditet horum myſteriorum memoriam, mentiq́ue ſuæ tam facilè eadem repræſentet in tẽpore neceſſitatis & tribulationis. In hiſtoria ordinis Seraphici S. Franciſci, legitur de Religioſo quodam qui cum in ſeculo apprimè diues, voluptatumq́ue amator ac ſeruus extitiſſet, à diabolo ſæpenumero, ordinis ſui grauitate atque aſperitate propoſita, tentabatur, vt ſic ad mundum & ad conſueta vitia, delitiasq́ue deſertas rediret; cum ergo in hoc periculo amittendæ victoriæ verſaretur, Chriſtus eum intrinſecus allocutus eſt, & paſſionem

Part. 2. lib. 4. cap. 10.

ſionem ſuam, atq; ſanguinem quem pro ipſo effuderat, & vulnus lateris ipſius cauſa patefactum propoſuit, adhortatusq́; eſt, vt quoties hac tentatione pulſaretur, harum rerum cõſideratione tãquam præſentaneo remedio illam profligaret. Euanuit tum viua hac Dominicæ Paſſionis, ſanguinis Chriſti, & vulneris lateris, per viſum repræſentatione, omnis iſta tentatio: & quoties ea deinceps impugnabatur, ad paſſionem Chriſti meditandam ſe conuertebat, ſicq́ue totius tentationis vis & periculum repellebatur, aſperitaſq́ue & grauitas ordinis ei in dulcedinem vertebantur. Huius veritatis experientia doctus ſanctus Bernardus, in hæc verba confidenter prorupit. *Non erit ambigendum de ſanitate in ea citius adipiſcenda, animæ vulneratæ quæ in ea* (id eſt, in petra, in Chriſti vulneribus) *demorabitur. Quid enim tam efficax ad curanda conſcientiæ vulnera, necnon ad purgandam mentis aciem, quam Chriſti vulnerum ſedula meditatio?*

S. Bern. ſerm 62. in Cant.

Dominicæ paſsionis meditatio ad mundi amorem extinguẽdum efficaciſsima eſt.

Quicunque præterea intimo cordis affectu deſiderant, omnem mundi amorem in ſeipſis abſumi, cordaque ſua diuino amore ſuccendi, & ſimul virtutum omnium perfectionem infundi, atque in his perſeuerantiam tribui, ſeriò huic exercitio ſe addicant, ſic enim tam piorum deſideriorum adimpletionem facilè impetrabunt.

Laurent. Sur. 16. Iunij.

Experta eſt id S. Virgo Lutgardis, quemadmodum in vita eius refert Thomas Cantipratenſis Dominicanus. Hæc virgo cum adhuc in ſeculo conſtituta, de matrimonio & bonis temporalibus cogitaret, Chriſtus ei apparuit ea forma qua olim inter homines verſatus fuerat, pectorique veſtem ſuam detrahens, qua tectus videbatur, vulnus lateris ei oſtendit, quaſi recens cruentatum, dixitque ei: Blanditias inepti amoris poſthac vide ne requiras; hic iugiter contemplare quid diligas & quamobrem diligas: hic ego totius puritatis delitias tibi polliceor obtinendas. Hac illa viſione pauefacta, ſtatim

tim à ſe totius vanitatis abſterſam ſenſit caliginem, & monaſticam vitam complexa, totam ſe tradidit aſſiduæ contemplationi myſteriorum Dominicæ vitæ ac paſſionis, qua ad tantum DEI amorem, cæleſtemque ſapientiam, ac virtutum & gratiarum omnium perfectionem pertigit, vt omnibus magnæ fuerit admirationi, & Eccleſiam vitæ ſanctimonia, verborumque quibus audientium corda inflammabat, efficacia, plurimum adiuuerit. & ædificauerit.

Tales tamque admirabiles & eximij ſunt Roſarij huius effectus, tales qui ex eo colliguntur fructus, quatenus mentes noſtras ad continuam memoriam & conſiderationem vitæ ac paſſionis Chriſti excitat.

Magni igitur, vti par eſt, æſtimemus hoc exercitium: exerceamus illud ſumma cum diligentia, nulla dies, nulla nox pertranſeat, qua non illud recitemus ac meditemur. Præbeamus animæ etiam vt corpori paſtum ſuum ſpiritualem, & cibum diuinum:

uinum: Deprecemur DEVM, vt faciat nos ſentire guſtum & ſaporem in eo contentum, vt cibi huius ſuauitatem deguſtantes, vniuerſos fideles ad illius probationem, participationem & frequentationem inuitemus, vt contemplantibus nobis CHRISTI myſteria, & alios ad idem faciendum trahentibus, omnes vitæ illius conformemur, tandemque cum ipſo glorificari mereamur.

HORVM MYSTERIORVM conſideratione anima in ſanctiſſima Chriſti fide mirificè roboratur.

PARAG. V.

Elegans ſimilitudo.

QVisquis per doctrinam aut euidentem ratiocinationem, certam habet efficaciæ ac virtutis medicinæ alicuius notitiam, is ſi infirmitate aliqua preſſus, eadem medicina vtatur, & illius eximios effectus in ſemetipſo experiatur, multò amplius in hac notitia confirma-

firmatur, maioremque de illius virtute & efficacia habet certitudinem. Idē accidit in anima hominis Chriſtiani, qui per pœnitentiam à vitijs emundatus, ad myſteriorum vitæ ac Paſſionis Chriſti conſiderationem ſe confert: hic enim quamuis notitia & lumine fidei certiſſima credat eſſe hæc myſteria, & cætera quæ fides & Eccleſia Catholica Romana docent eſſe credenda, attamen quando ſalutis ſuæ cupiditate tractus, ſentit in ſe per experientiam diuinos effectus, quos pia horum myſteriorum conſideratio in anima operatur, multò magis in fide confirmatur, & maiori cum claritate ac certitudine fidei veritatem, & efficaciam cognoſcit. Et quamuis virtus fidei reſpectu æternæ veritatis, quæ fidei myſteria reuelat, non poſſit eſſe maior in vno quàm in altero, attamen reſpectu cordis humani, poteſt augmentum ſumere, vt & aliæ virtutes, in maiorem claritatem & ſtabilitatem, vti poſtea declarabimus.

D. Thom. 2.2. q.5. art. 4.

Quomodo anima per Dominicæ vitæ ac paſsionis meditationē confirmetur in fide.

Experientia autem quæ hanc virtutem auget vel creſcere facit, hac ratione acquiritur. Dum anima à vitijs emundata vitæ ac paſſionis Dominicæ myſteria ſecum reuoluit, videt ibi nonnunquam ſe exaltari ad diuinitatis clariorem & perfectiorem notitiam: ſentit ſe infinitæ bonitatis, Dei videlicet amore inflammari: experitur immenſam illam ſuauitatem quæ ineſt huic amoroſæ notitiæ, & experimentali amori Dei: concipit tam ingentem omnium vitiorum horrorem & deteſtationem, vt ea quæ prius amabat, & ſibi dulcia erant, nunc ei ſint amariſſima, eaque maiori quam ipſa inferni tormenta odio perſequatur: inuenit præterea in ſe tam perfectum omnium rerum mundanarum contemptum, vt ea quæ prius magna & alicuius æſtimationis ſibi videbantur, nunc exigua & vilia, nulliusque momenti reputet: ſentit in ſe tàm flagrantem erga omnes virtutes amorem, quaſi illæ ſorores ſuæ ſint. Et quæ prius emendicabat conſolationes

nes creaturarum viſibilium, & ſemper inquieta & famelica huc illucque vagabatur, experitur in ſe talem ſatietatem, pacem, tranquillitatem & conſolationem, vt nihil cupiat, nihil quærat extra ſe, quoniam in ſe habet regnum DEI, quod eſt iuſtitia, pax & gaudium ſpiritus: imò habet in ſe ipſummet DEVM, qui eſt fons infinitus, è quo ſcaturit omne bonum. Et quamuis anima non habeat certitudinem infallibilē, qualis eſt fidei, neque euidentiam claram, qualis eſt illa quæ habetur per naturalem demonſtrationem, ſe poſſidere per gratiam, infinitum hoc bonum, attamen per ea quæ in ſe experitur tam probabiles tenet coniecturas, & tam admiranda & efficacia ſigna, vt ſi omnia pretioſa & delectabilia, & omnia quæ mortalis oculus cernere, necnon omnia ad quę ratio naturalis pertingere poteſt, illi offerentur, in commutationem eius quod poſſidet, omnia hæc quaſi lutum platearum contemptura ac deſertura ſit.

D. Bern. ſerm. 78. in Cant.

Alexand. de Ales p. 3. q. 71. memb. 3. art. 1.

Anima igitur quæ bonum hoc infallibile inuenit, & aduertit ſe per ſolum diuinorũ myſteriorum conſiderationẽ, quæ fides Chriſtiana docet eſſe credẽda, tantum bonum adeptum eſſe, ex eo per experiẽtiam ſpiritualẽ cognoſcit efficaciam & ſanctitatẽ Chriſtianæ fidei, & diuinam virtutẽ, in hiſce myſterijs incluſam: Nam ratio naturalis docet, talem eſſe cauſam quales ſunt effectus ab illa immediatè proficiſcentes: cum autem effectus quos fides & conſideratio horum myſteriorum in anima operantur, ſanctiſſimi, diuini atque cœleſtes ſint, neceſſariò etiam illam ſanctiſſimam, diuinam, cæleſtem, atque à DEO ortam eſſe oportebit. Hoc pacto anima ex horũ myſteriorum conſideratione, creſcit in firmitate fidei: Cuius veritatis locuples teſtis eſt S. Bonauentura qui loquens de anima, quomodo ex conſideratione incarnationis, Paſſionis, cæterorumq́ue CHRISTI myſteriorum, perfectiſſimum ſapientiæ donum & amorem experimentalem DEI conſequa-

S. Bonau. in myſt. Theolog. cap. 3. part. 1.

ſequatur, ſic ait. Quando anima donum hoc adipiſcitur, tantam firmitatem, tamque perfectam certitudinem habet de rebus fidei, vt etiamſi ſola in fide perſiſteret (quod tamen nunquam futurum eſt) & omnes mundi ſapientes vnanimi voce eam errare affirmarent non creditura, ſed potius magna cum ſecuritate atque conſtantia reſponſura ſit, ſe ſolam veram tenere fidem, ipſos verò in magno errore verſari: quia propter vnionem perfecti amoris multò certius tenet fundamentum veritatis, quàm propter omnes mundi rationes & argumenta. Cauſa hæc eſt, quia creſcente amore, cum illo ſimul creſcit lumen fidei, quod huius certitudinis cauſa eſt. Imo vti Hugo de ſancto Victore ait, qui tali lumine illuſtratus eſſet, etiamſi totus mundus in miracula conuerteretur, ab hac fide & amore CHRISTI ne punctum quidem diſcederet, nam quia guſtauit & probauit per amorem diui-

Hugo de S. Victore lib. de fide cap. 3. & 4.

num,

num, & bonæ conſcientiæ puritatem, ea quæ credit: tantam de illis habet certitudinem, vt omnia quæ illis aduerſentur & repugnent, pro ſathanæ deceptionibus ſit habitura. Hæc quæ celeberrimus iſte Doctor aſſerit, quamuis vera ſint, attamen quia vna veritas alteri non poteſt eſſe contraria, ita ſunt intelligenda, quod illa miracula, non vera, ſed apparentia futura ſint.

Eſt & alia ratio qua anima hæc myſteria ſecum reuoluens, in virtute fidei, diuina ope adiuta creſcit, nempe hæc: dum anima hæc myſteria ſecum mente pertractat, quemadmodum in ea deſiderium ac propoſitum placendi DEO, & diuinam illius voluntatem in omnibus, cum perfecto omnium virtutum exercitio adimplendi augetur: ſic etiam in iiſdem myſterijs tot auxilia & tot media tam conuenientia, proportionata & efficacia ad optatum hunc finem conſequendum inuenit, vt maiora & aptiora eſſe nequeant.

Si enim deſiderat humilitatem & illius

illius exercitium, quod eſt deſpicere ſemetipſum, & omnem honorem temporalem, videt nihil ad hoc eſſe potentius, quam oculis mentis intueri DEVM humiliatum in forma ſerui atque ſpontanea voluntate intolerandas contumelias & opprobria hominum ſuſtinentem. Si cupit DEVM toto corde diligere, aduertit, ad huius amoris incendium conſequendum, nihil eſſe efficacius, quam conſiderare DEVM per amorem factum fuiſſe viſibilem, & homini in natura quam ex vero homine aſſumpſit, ſimilem, atque ſuppliciorum & pœnarum quas ille promeruerat, etiam vſq; ad ipſam mortem participem. Si firmam in Deum ſpem atque fiduciam, quod ab illo veniam peccatorum & ęternam gloriæ coronam in cælis conſecuturus ſit, obtinere deſideret: videt nihil eſſe conuenientius quod ad hanc ſpem concipiendam ipſum mouere poſſit, quam credere DEVM de cælis in terram deſcendiſſe, vt hominem à terra ad cælos extolleret, & diuinitatis ſuæ

In vita & paſſione Chriſti media ad oēs virtutes obtinendas cōuenientiſsima continentur.

ſuæ participes redderet: idcirco etiam mortem oppetijſſe, vt peccatum occideret, & nobis eorum veniam à Pater obtineret. Denique, vt paucis multa complectar, ex horum myſteriorum conſideratione videt homo, quod ad fugiendas improbas voluptates, omnium vitiorum radices, & diligendas atque amplectendas ærumnas ac tribulationes huius vitæ, omnium virtutum origines atque nutrices: ad cognoſcendam & ſentiendam peccati grauitatem, ac deformitatem: virtutum pulchritudinem ac inæſtimabile pretium: diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem: bonitatis ac pietatis DEI immenſitatem: æternorum ſuppliciorum grauitatem, gloriæ cæleſtis inexplicabilia bona; animæ dignitatem: diuinæ gratiæ efficaciam: DEI prouidentiam & maieſtatem, nihil poſſit cogitari aptius & conuenientius, quod hæc omnia mentibus noſtris fortius & potentius imprimat, quodque maiori cum efficacia, ſuauitate, & artificio demonſtret ac perſuadeat toti mundo

horum

horum certitudinem, quam myſteria vitæ ac Paſſionis Chriſti, per fidem infallibilis certitudinis cognita. Dum autem anima intuetur, ac ſentit omnia hæc myſteria tam plena eſſe incomprehenſibili ſapientia, tam referta bonitate ac potentia infinita, hinc certam accipit experientiam, ea à DEO infinito ſapientiæ, bonitatis, atque omnis perfectionis fonte proceſſiſſe. Hac vero interna experientia, & diuini auxilij concurſu magis ac magis creſcit in lumine atque ſtabilitate ſanctiſſimæ fidei. Et quia fides eſt fundamentum & radix cæterarum virtutum, & ſpirituale robur, dum per horum myſteriorum in fide creſcit, ſimul etiam creſcit in ſpe, charitate, cæteriſque virtutibus omnibus, & in conſolatione atque gaudio ſpirituali, quod à ſpe diuina & amore DEI proficiſcitur. Confitetur id ſanctus Auguſtinus, qui volens declarare, quænam ſint illa, quibus maximè confirmaretur in fide ac veri-

D. Aug. cõt. epiſt. fund. c. 4.

Digitized by Google

veritate Eccleſiæ Catholicæ: quibus etiam animaretur, ad Paganorum & Hæreticorum errores viriliter expugnandos ac profligandos ſic ait:

Stabilem & firmum in Eccleſia Catholica retinet me, præter ſinceriſſimam ſapientiam in ipſa exiſtentem, quam homines ſpirituales duntaxat intelligunt atque percipiunt: conſenſus gentium ac populorum, huic veritati vnanimiter ſubſcribentium: authoritas ipſiuſmet Eccleſiæ, quæ initium accepit ex miraculis, quæ patrarunt Apoſtoli & homines Apoſtolici, qui membra illius extiterunt, ſicque deinceps in ſpe & charitate hominum ſanctitatis & iuſtitię laude præſtantiũ, qui nunquam ei defuerunt, melius indies augmentum ſumpſit: ac demum continua ſummorum Pontificum ſucceſſione, qui à ſancto Petro ad hæc vſque tempora, ſibi inuicem in eadem dignitate ac fide, quam à ſancto Petro acceperant, ſucceſſerunt.

Non enumerat hic ſanctus Auguſtinus internum fidei donum, quia ad illud

illud diuinum maxime concurrit auxilium, quod facit nos creſcere ad tantam firmitatem quantam antea oſtendimus. Id enim ille tantummodò cognoſcit qui accipit, eo modo quo cognoſci poteſt: atque idcirco de iſto non loquitur, ſed ea tantum recenſet, quę incredulis perſuadere poſſint vt credant, & credentes, ſi illa probè ſecum expenderint & ponderauerint, amplius in fide confirmare ac roborare valeant. Hæc autem eſſe affirmat: mundi conuerſionem ad credenda & operanda ſublimia & ſupernaturalia illa quæ fides docet ac præcipit: obſtupenda miracula, Eccleſiæ ſanctitatem, & alia teſtimonia innumerabilia, de quibus alibi diſſeremus. Primum verò & principale, ſummam & puriſſimam ſapientiam, quæ in omnibus Chriſti myſterijs & tota doctrina ipſius elucet, quam non omnes fideles accipiunt, ſed puri duntaxat & ſpirituales, qui ſe conſiderationi horum cæleſtium myſteriorum tradunt. Declarat id ſanctus

Bernar-

Digitized by Google

Sanctus Bernardus.

Bernardus eleganti ſimilitudin Quemadmodum, ait, qui friget, & a focum accedens incaleſcit, clarè in telligit, calorem hunc ab igne profi ciſci: ita qui ſe frigidum & quadar quaſi glacie conſtrictum aduertit i vitijs, & ad Chriſtum per pœniter tiam accedens amore diuino ſuc cenditur, & in alium virum muta tur, hinc perſpicuè agnoſcit, quo ab eo proueniat calor iſte Spiritu ſancti, quem certis ex coniecturis i corde ſentit.

DOCVMENTVM V.

IN QVO TESTIMO nijs & exemplis ſanctorum de monſtratur, quam eximij ſin huius Roſarij fructus, quatenu in eo B. Virgo MARIA honoratur & colitur.

ALterum, quod in hoc Roſar potiſſimum exercetur eſt h nor & cultus Beatiſs. Virgi Mari

Mariæ: conſiderando myſteria, quæ de ipſa in ſacris literis continentur, eamque adhibendo vti aduocatam apud filium, vt ipſum nobis placet ac propitium reddat. Ratio quæ hinc ſumitur ad perſuadendum omnibus fidelibus Roſarij huius vſum tam potens & efficax eſt, vt ſi rectè intelligeretur, Roſarium hoc tanta in æſtimatione ac pretio apud fideles futurum ſit, vt nunquam illud è corde, nunquam ex ore deponerent, ſed aſſiduè illud ſecum tractarent, meditarentur, ac ruminarent, mirabilique cum affectione & guſtu recitarent. Non equidem neſcius ſum, omnes ferè fideles generatim, ſpecialem quandam ad ſummam cæli Reginam gerere deuotionem, & ſibi perſuaſum habere, magnæ vtilitatis ac momenti eſſe illius patrocinium, ſed pauciſſimi ſunt, qui neceſſitatem ac vim interceſſionis eius intelligant, quique hanc deuotionem ita vt par eſt, in opus conferant. Nam maxima illorum pars in pia quadam ad B. Virginem Mariam affectione,

& ora-

& oratiuncularum quarundam ad eius patrocinium impetrandum, recitatione, idq́ue magis ex conſuetudine quam vera deuotione ſubſiſtunt, nec vltra progrediuntur. Idcirco operæpretium mihi facturus videor, ſi latè fuſeq́ue declarem atque oſtendam, quanti momenti ſit hæc deuotio, & quomodo in huius Roſarij vſu exerceri debeat. Id autem confirmabo teſtimonijs & exemplis Sanctorum. Et quamuis de exemplis & miraculis B. Virginis MARIAE, plurimi hactenus libri editi ſint, ego tamen ſelecta quædam, & à grauiſſimis atque fide digniſſimis ſcriptoribus, literis commendata proponam, quæ non tam admirationem pariant, quam mores inſtruant, & omnes ad exercitia virtutum, ſynceramq́ue Beatiſſim. Virgin. MARIAE cultum exſtimulent.

ROSARII HVIVS VSV EXI-*mium nos fructum haurire ex munere, quo B. Virgo* MARIA *cooperatur Chriſto in ſaluatione animarum.*

PARAG. I.

CVM DEVS naturali via homines ſupra terram generare ac multiplicare ſtatueret, Adamum protoparentem noſtrum ſecũdum carnem formauit, cui quamuis ſoli virtutem homines multiplicandi conferre potuiſſet, id tamen noluit, ſed dedit illi ad hoc ſociam & adiutricem Euam, eò quod illud ſuaui diſpoſitioni diuinæ prouidentiæ, conformius & cõuenientius eſſet. Vnde ait Deus *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Eodem modo poſt humani generis lapſum, cùm vellet Deus per viam ſpiritualem gratiæ generare ac multiplicare homines iuſtos, & regni cœleſtis hæredes, dedit nobis vnigenitum filium ſuum humana carne indutum, vt paſſione, Gen. 5.

G morte,

morte, atque meritis totius ſanctiſſimæ vitæ ſuæ, gẽtem hanc ſanctam, atque ad cælum deſtinatam & electam; tanquam pater & caput omnium generaret. Quare vocat eum Iſaias propheta, *Patrem futuri ſeculi*, & de illo prædicit, quod ſi poneret pro peccato animam ſuam, viſurus eſſet ſemen longæuum, id eſt, ſi pro peccatis hominum mortem oppeteret, innumerabiles multos filios per petua ſucceſſione ſibi inuicem ſuccedentes, generaturus eſſet. Quamnis autem ſolus hic Dominus Pater ad hanc generationem ſufficiat, quia immenſæ virtutis eſt, & ſolus ſecundum iuſtitiæ rigorem pro peccatis noſtris ſatisfecit, gratiamque & gloriam filijs ſuis promeruit: attamen æternus Pater (ſic enim poſtulare videbatur ſuauiſſimus ordo diuinæ ſapientiæ) ſociam illi attribuit beatiſſimam virginem MARIAM, vt illa eſſet mater fidelium, illique in hac generatione auxilio foret, non ſatisfaciendo pro illis, nec iuſtificando eos, nec gratiam & gloriam eis conferen-

Eſa. 9. & 53.

Quomodo Beatiß. virgo Maria ſaluti noſtræ co operetur.

ferendo, vel eam cōdignis operibus promerendo: hæc enim propria ſunt Redēptoris & Saluatoris: ſed vt adiumento ei eſſet, peccatores amore ac ſuauitate attrahendo, pro illis intercedendo, omnia merita & obſequia filio exhibita, ei pro illis offerendo, auxilium cæleſte eis trāſmittendo, ſemitam ad æternam beatitudinem illis facilem & iucūdam reddendo, atque interminatam DEI miſericordiam & ſuauitatem illis manifeſtando. Vnde S. Bernardus. *Sufficere*, inquit, *poterat nobis Chriſtus: ſiquidem & nunc omnis ſufficientia noſtra ex eo eſt, ſed nobis bonum non erat hominem eſſe ſolum. Congruum magis, vt adeſſet noſtræ reparationi mater*, & talis mater, quæ exiſtens DEI mater, ſimul etiā eſſet mater noſtra. Cōgruebat aūt hoc, quia licet Chriſtus Seruator noſter interminatæ ſit miſericordiæ, habet tamē etiam iudiciariā poteſtatē, & infinitæ eſt iuſtitiæ, ſceleribusq; noſtris vehemēter offenditur: vnde fit vt peccatores ad ipsū pro venia impetrāda accedere formidēt,

S Bernar. in illud Apoc. Apparuit ſignum magnum in Sole.

Cur cōueniens fuerit Beatiſ. Virginem Chriſto adiūgi, vt ſaluti noſtræ cooperaretur.

atque ea quæ ad medelam ipſis neceſſaria ſunt ſe obtenturos eſſe nonnunquam planè deſperent. Quare conueniebat, vt talis nobis daretur patrona & aduocata, qualis eſt Beatiſs. Virgo, quæ magnæ exiſtens potentiæ, atque non minimam in noſtra reparatione partem habens tota eſſet pia & miſericors, tota ſuauis, benigna, & affabilis, tota amabilis atque omnis ſeueritatis & rigoris iuſtitiæ punitiuæ expers: cuius officium eſſet miſericordia vti in peccatores, non illos iudicare, nec in eos animaduertere, vt tali aduocata roborati, inanem & immoderatum timorem peccatores abijcerent, & tali comite ſociati coram Chriſto comparare auderent, atque ab illo veniam & omne remedium impetraturos confiderent.

Alia ratio Congruebat præterea illud, vt quemadmodum in mundi perditione, per mandati diuini tranſgreſſionem, vna mulier videlicet Eua, adiuuit Adamum irritando eum ad peccandum, & ad hominum in quos

Adam

Adam peccatum ſuum transfundit, generationem concurrendo. Ita & altera mulier, Beatiſs. nimirum virgo Maria Chriſtum, nouum & cœleſtem Adamum adiuuaret in humani generis reſtauratione: & magno cum fauore damnum quod Eua intulerat, Beatiſs. Virginis MARIAE virtute repararetur. Quod S. Irenæus Martyr, his verbis confirmat. *Sicut Eua,* inquit, *inobediens facta ſibi, & vniuerſo generi humano, cauſa facta eſt mortis: Sic & MARIA habens prædeſtinatum virum, tamen virgo obaudiens, ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis.* Hæc Irenæus. Dicitur autem Eua fuiſſe cauſa mortis, quia fuit cauſa quod Adamus peccaret, ſicque in nos peccatum ſuum transfunderet. Et B. Virgo cauſa vitę, quia fuit quodammodo cauſa, quod DEI Filius humanam carnem aſſumpſerit, illamque virtutibus ac meritis omnibus adornauerit. Cùm igitur Beatiſs. Virgo tam eximiam in mundi reparatione partem habeat, veluti mater & ſpecialis aduocata

Irenæus li. 3. cont. Valent. cap 33.

omnium fidelium & Chriſti, ea qua dictum eſt ratione, adiutrix. hinc euidens ac perſpicuum fit, quanta in æſtimatione ac pretio à nobis haberi debeat hoc exercitium: quamque diligentes in eius frequenti & aſſiduo vſu nos eſſe oporteat, quandoquidem in eo memoriam agimus inſignium beneficiorum à Beata Virgine in nos collatorum: pro illis ei gratias referimus: virtutes illius mente perpendimus: ipſam meritis laudibus celebramus: ei nos præcipua deuotione commendamus: & ad maiora dona impetranda nos diſponimus. Et quia, ad hoc vt quis plenè atque perfectè meritorum Chriſti particeps efficiatur, opus eſt in eum credere, atque in omnibus voluntati eius obtemperare: ita quoque ad obtinendum Beatiſs. Virginis fauorem atque auxilium, opus eſt vti medijs quæ in ſacro Roſario exercentur, vti poſtea declarabimus. Iam verò quod tantum bonum eſt in toto terrarum orbe, quod huic poſſit æquiparari?

Quanti à nobis æſtimari debeat Roſarij ſacra exercitatio.

Quis

Digitized by Google

Quis locupletior theſaurus deſiderari ac ſperari poteſt, quam indies capaciorem atque aptiorem ad noua dona, & auxilia à Beatiſs. Virgine conſequenda, fieri, de die in diem ardentius diligi, blandius tractari, & foueri ab illa, quæ vnico duntaxat aſpectu omnes cæli habitatores gaudio cumulat, quæque ab illis, poſt DEVM, vti Domina & Regina colitur. Venite igitur omnes filij Adam ad percipiendam vitam gratiæ, & regni cæleſtis hæreditatem, primi hominis culpa perditam, mulieris vnius impulſu & ſuaſu. Venite ad recuperandam eam in Chriſto, per ſacratiſſimam Virginem, nulla vnquam peccati labe contaminatam. Vtimini ſacro illius Roſario: nunquam diſcedat illud ab ore, nunquam elongetur à corde veſtro: In eo enim exſtimulabimini ad cogitandum ſemper de Beatiſsima Virgine: Ibi ad illius amo-

Præclara ad Roſarij vſum exhortatio.

amorem ſuccendemini. In eo conti-
nuas ei laudes & gratias perſolue-
tis. In eo ad virtutum illius imitati-
onem excitabimini. Ibi miſericor-
diam illius vſu & experimento diſ-
cetis. In eo dulcedinem & ſuauitatẽ
pijſſimi pectoris eius guſtabitis.

Qui à DEO hanc conſecuti ſunt
gratiam, vt in ſe flagrans ſentiant de-
ſiderium Roſarium hoc quotidiè re-
citandi, & myſteria illius ſecum re-
uoluendi: atque ex horum frequen-
ti vſu guſtum & ſuauitatem magnã
experiuntur, æſtiment illud pro ſin-
gulari beneficio DEI. Qui verò hãc
gratiam nondum adepti fuere, po-
ſtulent eam magna cum precum in-
ſtantia: quia certum eſt, vnum ex po-
tioribus ſignis & arrhabonibus, ex
quibus homo poſſit cõijcere ac cer-
tò ſibi perſuadere ſe prædeſtinatum
& ad cœleſtia regna electum, non
autem in damnatorum numero cõ-
putandum, eam cenſeri, ſi quis inter-
na animi deuotione erga Beatiſsim.
Virginẽ ferueat, quæ magna ex parte
cognoſcitur ex pio affectu & diligẽ-
tia

tia qua ſe quis exercet in ſacro illius Roſario. Quia enim hæc deuotio erga ſacratiſs. Virginẽ eſt mediũ præcipuum & efficaciſſimum ad ſalutẽ, cui DEVS eximium & ſingulare hoc medium impertitur, ei quoque non vulgare pignus confert, ex quo ſperare poſſit ſe eum quoque finem, ad quem medium hoc reſpicit & ordinatur, id eſt, æternam beatitudinem adepturum. Id ſignificat Eccleſia, cũ B. Virgini verba illa applicat, quæ ſcribuntur de æterna ſapientia, id eſt Chriſto, prolata, applicat: quæ idcircò de B. Virgine non incommodè poſſunt intelligi, quia illa cæteris omnibus creaturis amplius de illo participat. *In Iſrael* (inquit) id eſt, in animabus hominum ſpiritualium, qui propter perfectam vitiorum & paſſionum omnium profligationẽ, & diuinarum rerum contemplationem, copioſo lumine illuſtrati ſunt, *hæreditare: & in electis meis*, id eſt, prędeſtinatis, *mitte radices* deuotionis & amoris. *Eccleſ. 24*

PER SACRI ROSARII PIAM *exercitationem, nos ſpecialiter à Beatiſſima Virgine diligi, & in amore atque ſeruitio Chriſti creſcere.*

PARAG. II.

AD perſuadendum huius Roſarij ſacrum exercitium præter rationem, quæ ab officio B. Virginis, quo defungitur in adiuuando ad mundi reparationem, deſumitur, id quoque plurimum incitat fideles ad Beatiſſimæ Virginis cultum & diligentiam in ſacra Roſarij huius exercitatione, ſi ſibi perſuadeant, ſacratiſſimam hanc Virginem immenſo amore ac deſiderio, qui nullis verbis exprimi poſſit, ſalutis omnium flagrare. *Regina cœli*, ait doctiſſimus Cardinalis Petrus Damianus, *quanto potentior, tantò miſericordior eſt: & amat nos amore inuincibili*: id eſt, amore tam

Petrus Dam. ſer. 5. & 3. de B. Virg.

effu-

effuſo & exceſſiuo, vt nulla eum orationis vis poſſit explicare. Ratio euidens ac manifeſta eſt: quantò enim quis DEVM ardentius diligit, tantò & proximum arctiori amore complectitur: vnde viri ſancti, qui ardentiſſimo DEI amore præditi fuere, proximis admirandæ charitatis & miſericordiæ opera præſtiterunt. Et hic amor quo æſtuarunt in terra, non euanuit in cælo, ſed tantum auctus eſt, quantum aucta eſt DEI notitia: quæ ex notitia fidei in claram & apertam eiuſdem DEI viſionem mutata eſt.

Cùm igitur ſine vlla controuerſia certum ſit, Beatiſſimam Virginem ab infantia ardentiſſimo DEI amore imbutam fuiſſe, atque hunc amorem in ea ſingulis vitæ ipſius momentis incomparabile augmentum eouſque ſumpſiſſe, quouſque immenſum diuini amoris pelagus, quod etiam ad vniuerſam

Quanto amore omnes Christi fideles, præſertim ſibi deuotos Beatiſs. Virgo complectatur.

S. Bonauentura his verbis. Beatiſs. Virgo MARIA ſingulari amore cõplectitur, & magnos fauores & gratias ſuppeditat illis, qui ſeriò in laudibus eius occupantur: quod & ipſi ex quotidiana experientiã nouerũt. Quapropter illa omni tempore ſummo venerationis affectu colenda eſt: ad eam in cunctis neceſſitatibus, periculis, & præſidijs, tanquã ad refugium tutiſſimum te conuerte; ipſius tutelæ præſidium flagitando: eamque in tutam ſuſcipiens Aduocatam, deuotiſſimè ac ſecurè tuã ei cauſam committe, quia mater eſt miſericordiæ: quotidiè ſtudens ei ſpecialem & ſingularem reuerentiã exhibere. Et vt tua deuotio ei accepta, & reuerentia grata ſit: ipſius puritatem & munditiam, omni virtute, mente & corpore, illibatè in teipſo ſeruando, toto conatu nitaris, humilitate, & manſuetudine veſtigia eius imitari. Hæc S. Bonauentura: quibus verbis nos inſtruit; quid faciendũ ſit vnicuique homini Chriſtiano, vt ſpecialiter ab amoroſiſſi-

S. Bonau. in 3. Sent. d. 3. q. 1. Et in epiſtola 25. memora. cap. 14.

ma & clementiſſima cæli Domina & Regina diligi atque adunari mereatur. O quanta eſt felicitas ab ea quæ DEI mater eſt, quæque DEO ſummè cara, atque ab eo ſuper omnes creaturas exaltata eſt, diligi: Ab ea quæ fontem omnis ſuauitatis & & dulcedinis in lucem protulit blādè tractari & foueri. Ab ea quæ poteſt obtinere quicquid voluerit, nihil enim abſolutè ac determinatè poſtulat, quod non conſequatur, adiuuari, & eius vti beneuolentia.

Alia ratio ad cultum Beatiſsim. Virg. nos inuitans.

Accedit & alia ratio, quæ nos valdè inuitat & incitat ad cultum Beatiſſimæ Virginis, eſt autem hæc: quod hanc deuotionem exercendo, & in ea creſcendo, ſimul colamus ac veneremur Chriſtum DEVM ac Saluatorem noſtrum: tum quia ſicut honor & reuerentia quæ ſanctis exhibetur propter DEVM, ipſi DEO omnis ſanctimoniæ & gloriæ in San-

Sanctis auctori tribuitur: ita omnis honor, cultus & veneratio quàm Beatæ Virgini veluti creaturæ nobiliſſimæ, atque præ cæteris gratia & gloria perfectius cumulatæ, & veluti Reginæ ac Dominæ Sanctorum omnium exhibemus, ipſi DEO tribuimus: confitendo nimirum, quod à liberaliſſima ipſius manu omnia dona quibus decorata fuit, prouenerint, eique laudes & gratias perſoluendo, quod talem creaturam condiderit, quæ ex progenie Adami ſatu & conceptu edita, poſt DEVM eſſet, honor, gloria, & lætitia totius cœleſtis curiæ, atque commune aſylum & refugium totius mundi.

Tum quia honorem & obſequia quæ fiunt matri reſpectu filij, filius non aliter accipit atque ſibi præſtita, quia ipſius duntaxat reſpectu, & propter amorem ineffabilem, quo matrem ſuam dulciſ-

ſimam

ſimam complectitur, ea ipſi exhibentur.

Cultus B. Virg creſcit cultus & veneratio Christi.

Creſcit præterea cum deuotione erga Beatiſs. Virginem, cultus & honor Chriſti: quia Virgo vti fideliſſima Deo, eos qui ad ſe ſuumq́ue patrocinium cõfugiunt, ad Filium extemplò perducit, efficitq́ue vt ei toto cordis affectu adhæreant, illi famulentur, cum toto corde ſuper omnia diligant, & gloriam ipſius in omnibus ſpectent quærantq́ue. Sic ergo, quemadmodum honorando Beatiſs. Virginem, ſimul honoramus & glorificamus Devm in illa: ita ſperãdo in pijſſima hac Virgine ſpẽ noſtram collocamus in Deo: nihil enim aliud eſt ſpem ſuam in Deo ponere, quàm de illius ope atque auxilio, quod nobis ad ſalutem ſuppeditaturus ſit confidere: potiſſimum verò ipſius Dei auxilium quo noſtram ſalutem promouet, eſt; quod nobis dederit Beatiſs. Matrem ſuam, in Matrem Patronam & Aduocatam noſtram, quę noſtri patrocinium coram diuina Maieſtate ſua ſuſciperet:

quod-

quodque nos per Eccleſiam adhortetur & inſtruat, vt eam hoc pacto ſalutemus. *Salue Regina miſericordiæ, vitæ dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Eia Aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.* Quod ne facere formidaremus, S. Auguſtinus magno animo B. Virginem alloquens, ſic ait: *Tu, es ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, & in te Beatiſſima eſt noſtrorum expectatio præmiorum.* *D. Augu. ſerm. 2. de Annunc.*

QVAM DILIGENTES FVERINT Sancti antiqui, & alij ſanctiſſimarum Religionum fundatores in implorando B. Virginis patrocinio.

PARAG. III.

RATIONES hactenus adductas, quæ nobis patefaciunt, exercitij huius & deuotionis ad Beatiſs. Virginem, partim neceſſitatem, partim excellentiam & momentum: tum ad beneuolentiâ DEI nobis conciliandam, tum ad ea quæ nobis ad ſalutem neceſſaria ſunt, facilius

cilius impetranda, probè intellexerunt & ſecum ponderarunt viri ſancti, & propterea omnes Beatiſſimam Virginem ſpeciali deuotione coluerunt, aliosque fideles verbo, ſcriptis, & exemplo ad eandem deuotionem adhortati ſunt. Sanctus Iacobus Apoſtolus & Epiſcopus Hieroſolymitanus in Liturgia, id eſt in officio Miſſæ, quod ipſe compoſuit, omnes fideles ad hanc deuotionem inuitans ſic ait: *Tibi ô plena gratia, vniuerſa creatura gratulatur, Angelorum cœtus & hominum genus, quæ es templum ſanctificatum, paradiſus ſpiritalis, virginum gloria, ex qua* DEVS *carnem aſſumpſit, & puer factus eſt* DEVS *noſter, qui eſt ante ſæcula: tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem cœlis ipſis reddidit*. Et iterum: *Commemorationem agamus, ſanctiſſimæ, immaculatæ, glorioſiſſimæ, benedictæ Dominæ noſtræ, Matris* DEI *& ſemper virginis Mariæ, vt eius precibus & interceſ-*

S. Iacobus in Liturg.

terceſſione omnes miſericordiam conſequamur. Sanctus Baſilius in Liturgia ſua idem agit:. *Commemorantes*, inquit, *ſanctiſſimam, immaculatam, glorioſiſſimam Dominam noſtram matrem* DEI, *& ſemper virginem Mariam, nos ipſos, & inter nos, & omnem vitam noſtram Chriſto* DEO *commendemus*. Similiter Sanctus Chryſoſtomus, in officio Miſſæ à ſe compoſito. *Salua nos, inquit, Domine & Saluator noſter per interceſſionem glorioſæ Matris tuæ*. Omnes etiam auctores & Patres ſanctiſſimarum Religionum, ſpecialem ad hoc curam & ſolicitudinem contulerunt, vt Beatiſſimam Virginem ſibi in ſpecialem patronam aſciſcerentur, ſuisque ſingularem illius cultum ac venerationem, inculcarent, vtpotè qui hoc ad conſeruationem ac fructificationem Religionis ſuæ plurimum momenti allaturum intelligerent. Quin & nonnulli eorum diuinitus ad hoc permoti & incitati fuere.

D. Baſil. in Liturg.

D. Chryſ. in officio Miſſæ.

Pri-

Lau. Sur. in vita S. Brunonis, tō. 5. VI. Octob.

Primis Carthuſianæ familiæ Patribus, (vti refertur in vita S. Brunonis primi eorum inſtitutoris ac Patriarchæ) cum immodica puſillanimitate ac animi perplexitate laborarent, atque formidare inciperent, ne tum propter ſuſceptæ vitæ auſteritatem, tum propter deſerti loci quem incolebāt, horrorem & vaſtitatem, quorundam malignorum hominū, fraudulentis fallacibusque linguis, malo dæmone id agente, permoti, in mortis diſcrimen ſeſe coniјcerent: adfuit vir quidam vultu, canitie, totoque corporis habitu venerabilis, quem Apoſtolorum Principem extitiſſe ex plurimis coniecturis vna omnium fuit opinio. Hic omnipotentis DEI verbis, illis annunciauit, vt ſanctiſſimam DEI Genitricē in Patronam ſibi deligerent, eiuſque horarias preces quotidie recitarent, ſic enim futurum, vt ipſa patrocinium illorum ſuſcipiente, in cœpto vitæ genere ad extremum vſque ſpiritum poſſint perſeuerare: Fecerunt illi vt moniti fuerant, & horariarum precum

cum, aliarumque piarum laudum & orationum recitatione illius patrocinium ſibi demereri ſtuduerũt: nec B. Virgo promiſſioni ſuæ defuit, omnia enim, vltra etiam quàm ſperare potuiſſent, eis abundè ac liberaliter præſtitit.

S. Dominico, in primis Religionis ſuæ conſtituendæ initijs, nocte quadam Romæ apud S. Sabinam cùm dormitorium Fratrum ingreſſus, in quadam illius parte conſtitiſſet, Domino preces offerens, vidit Beatiſs. DEI Genitricem, forma incomparabili, cum duabus alijs, quæ latera illius claudebant virginibus, ſingulos Fratres in lectis ſuis quieſcentes viſitantem, aqua luſtrali conſpergentem, & Crucis ſigno benedicentem. Quam ille magna cum veneratione acceſſit: Beatiſs. autem Virgo demõſtrauit ei, quanta ad ipſos commoda ex ſuo patrocinio manarent: & quomodo, quotieſcunque verſum illum decantarent, *Eia ergo Aduocata noſtra,* ſe cora Filio proſterneret, proque Ordinis conſeruatione ſupplex ora- *In hiſtor. vitæ illius lib. 2. c. 13*

ora-

oraret. Aucta eſt exinde non parum in S. Dominico, deuotio ad Beatiſs. Virginem, fratreſque ſuos eleganti oratione admonuit, vt eam ſibi in ſpecialem patronam aſſumerent, illique præcipua deuotione ſe commendarent. In eo verò tam ſingularis ad ſalutationem Angelicam remanſit affectus, vt eam ſemper in ore, ſemper in corde circumferret, atque ex illius recitatione & meditatione, eximium guſtum & conſolationem perciperet. Vtque omnibus fidelibus eandem ad B. Virginē deuotionem, ſimul cum myſteriorum Dominicæ vitæ ac Paſſionis cōſideratione perſuaderet, ſolitus fuit eos magna cum diligentia & labore, ad orationum ac meditationum ſacri Roſarij frequentationē adhortari.

Surius in vita eius to. 5. ca. 9. S. Franciſco eadem deuotio cœlitus inſpirata fuit. Vt enim, S. Bonauentura teſtatur, matrem Domini noſtri IESV Chriſti, indicibili complectebatur amore, eò quod Dominum maieſtatis fratrem nobis effecerit,

Digitized by Google

cerit, & per eam ſimus miſericordiam conſequuti. In ipſa poſt Chriſtum præcipuè fidens, eam ſui ac ſuorum aduocatam conſtituit: quam huiuſmodi prece quotidiè ſalutabat, *Sancta* DEI *genitrix dulcis & decora, regem morti traditum filium tuum dulciſſimum Dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum pro nobis exora, vt ipſe per ſuam piiſſimam miſericordiam & clementiam, & virtutem ſanctiſſimæ incarnationis & mortis ipſius acerbiſſimæ nobis indulgeat peccata noſtra. Amen.*

PER CVLTVM AC VENERationem B. DEI *genitricis, obtineri ab hominibus veram contritionem, peccatorum indulgentiam, & contra omnes inimici tentationes victoriam.*

PARAG. IV.

ECQVAE bona tam eximia ſũt, modò ea ſperare poſſimus à poten-

potenti ac liberali manu DEI? quæ non fuerint nobis hactenus impetrata, & etiamnum impetrentur intercessione B. DEI Genitricis? Et quę mala tanta & tam grauia ſunt, à quibus optare poſſumus liberari, à quibus omni tempore, innumeri peccatores & afflicti, glorioſiſſimæ Virginis patrocinio exempti non fuerint? Si ſcelera commiſſa nos terrent & examinant, per Beatiſs. Virginis patrocinium neceſſariam contritionẽ, & omnium flagitiorum veniam impetrabim⁹. Teſtis huius rei eſt, magnus ille peccator Theophilus Adenę Eccleſiæ œconomus, vti refert Eutychianus huius Theophyli miniſter, & oculatus eorum quæ circa ipſum contigerunt inſpector, & Simeon Metaphraſtes: Hic enim cum ab Epiſcopo maledicorum falſis delationibus nimis faciles aures præbente, œconomico exutus officio in ordinem redactus eſſet, & iniuriam hanc ferre non poſſet, funeſtum ſibi conſilium captauit, abnegatoq; per ſummum ſcel⁹ Chriſto, & illius ſanctiſſima

B. Virgo peccatoribus ſcelerum ſuorũ veniam obtinet. Metaphr. Surius in vita eius, tom. 5. 4. Februar.

Digitized by Google

ſimæ Matre, diabolo ſe tradidit, atque hoc ipſum chirographo à ſe ſcripto confirmauit. Is poſtea ad ſceleris ſui agnitionem perductus, cum grauitatem illius ſecum expenderet, abiecta omni ſpe veniæ, animo concidere cœpit, donec illi tandem Matris DEI pietas, quanta nimirum benignitate afflictis ſuccurrere ſoleat, in mẽtem venit. Eam igitur animo confidenti adire conſtituit. Nec mora, inani duri certaminis poſita formidine, quadraginta diebus, totidemque noctibus in ſacro Sanctiſsimæ Virginis templo, ieiunijs, vigilijs & aſſiduis afflictionibus incumbere cœpit, nec vllam conſolationem admittere voluit, niſi aliquod diuinæ clementiæ ſignum habere mereretur. Et ecce apparuit ei noctis medio, Virgo DEI genitrix, claritate tremenda, aſperis eum verbis de tanto ſcelere perpetrato increpans: cumque Theophilus in patrocinio illius humillimè implorando, nihiloſecius perſiſteret, illa pia animi eius ſubmiſ-

ſione flexa, tandem voce blanda eum confirmauit, & ad firmiſſimam veniæ ſpem erexit: Deinde hortata eſt, vt impio dęmonis cultu abiurato, Chriſto deinceps ſeruiret, quod ille ſe facturum toto vitæ tempore promiſit. Demum lachrymas & preces eius in DEI conſpectu admiſſas, ſcelus omninò abolitũ, & ipſum in Dei gratiam plane reſtitutũ aſſeruit: idq́; certis indicijs ac teſtimonijs cõfirmauit, nam reddidit ei chyrographum, & cum viuificis Eccleſiæ ſacramentis munitus eſſet, eximius in facie illius decor cum admirabili ſplendore coniunctus emicuit, ac demum tertio die, non ſine opinione ſanctitatis, migrauit ad Dominum.

Hæc ſunt B. Virginis opera, plena pietatis, quibus omnes peccatores ad ſcelerum ſuorũ quantumuis enormium, veniam ſperãdam inuitat: ſi ad ipſam confugere, de ſceleribus ſuis cõteri, & vitam in melius commutare ſtuduerint.

Porrò, ſi quis peccatis inuolutus,

ea ta-

Digitized by Google

ea tamen minimè cognoſcat, vel eò quod occulta ſint, vel propter paſſiones ipſum excæcantes, atq; idcirco nullam de ijs agit pœnitentiam, adeoq́; in magno æternæ damnationis periculo verſatur, vti multis accidit qui peccãt, aut in peccatis perſeuerant, propter ignorantiam craſſam & crimen omninò nõ excuſantem. Is ad B. Virginem confugiat, medijs quibus eius patrocinium demereri poſſit, vtatur, Roſarium frequentet: ſic enim fiet, vt illius interceſſione cœleſti lumine illuſtretur, cuius beneficio tenebræ craſſæ huius ignorantiæ diſſipabuntur, & ad peccatorum ſuorum agnitionem perueniet, proq́ue illis pęnitentiam aget.

B. Virgo peccata ſua non agnoſcentibus, ſi ad ſe confugerint lumẽ impetrat.

De S. Cyrillo Patriarcha Alexandrino narrat Nicephorus Calliſtus, eum nimis faciles obtrectatoribus S. Chryſoſtomi, qui falſis calumnijs innocentiam eius commaculare nitebantur, aures præbuiſſe, adeoq́; ſecum cogitare cępiſſe, ipsũ iuſtè ab Archiepiſcopatu ſuo expulſum eſſe,

Nicephor. in hiſtor. Eccl. lib. 14. c. 28.

atque nomen illius inter Archiepiſcopos Conſtantinopolitanos poni ac numerari non debere. Peccauerat igitur quod nimis facilè calumniatoribus iſtis fidem adhibuiſſet, cùm tamen non ignoraret vulgare id eſſe, quod homines inſigni iuſtitiæ zelo præditi, maximè prælati, dum vitia inſectantur, multorum obtrectationibus pateant, qui inuidiæ atque ambitionis ſtimulis incitati, illos perſequuntur, eorumq́ue famam quibus poſſunt modis denigrare ſtudent: ideoq́ue non leuiter illis, qui de ſeruis Dei malè loquuntur, credendum eſſe. Ob hoc peccatum, quod nec ipſe quidem Cyrillus agnoſcebat, DEVS grauem in eum animaduerſionem dictauerat, ſed quia ſingulari deuotione Beatiſſ. DEI genitricem venerari conſueuerat, miſericordiæ mater, cæleſtem ei reuelationem impetrauit, in qua S. Chryſoſtomum in cælis ineffabili gloria circumdatum, ſanctorumq́ue cateruis vndique cinctum, & B. Virginẽ ſibi ſceleris in Chryſoſto-

ſoſtomum admiſſi, à filio veniam
ſuppliciter poſtulantem, conſpexit.
Ex hac viſione B.Cyrillus illumina-
tus,agnouit peccatum ſuum, illud-
que acerbis lachrymis & pœniten-
tiæ operibus expiauit, ac deinceps
fidelis Chryſoſtomi defenſor exti-
tit, tandemque cum magna ſanctita-
tis opinione è viuis exceſsit. Talia
obtinent per B.Virginis interceſſio-
nem, qui eam ſingulari colunt deuo-
tione; nam per eam à multis huiuſ-
modi ignorantijs, erroribus & de-
ceptionibus eximuntur, in quæ la-
pſi eſſent & indies laberentur, niſi
eos B.Virginis interceſſio protege-
ret. Si quis poſt actam de peccatis
ſuis pœnitentiam, metuat, ne tenta-
tionum vi atque impulſu in alia de-
nuo peccata corruat: quia ſcriptum
eſt: militiam eſſe vitam hominis ſu- *Iob. 7.*
per terram: & eos qui ad DEI ſerui- *Eccl. 2.*
tium accedunt, animas ſuas ad ten-
tationem præparare debere: is inuo-
cet Beatiſſ. virginem, recitando ſa- *B.Virgo*
crum illius Roſarium, nomen ipſius *cultorib⁹*
frequenter in ore habeat & patro- *ſuis obl-*

 cinium

uet forti-tudinem reſiſtendi tentatio nibus.

cinium illius flagitet: ſic enim libe-rabitur, & de omnibus etiam gra-uiſſimis ac periculoſiſſimis tẽtatio-nibus triumphabit. Multa huius rei extant teſtimonia, eorum vide-licet, qui acribus tartarei hoſtis tentationibus fatigati, cum iam penè manus dare cogerentur, ſo-la Beatiſſimæ Virginis inuocatione ac patrocinio, demum ſuperiores extiterunt.

Part. 2. lib. 4. ca. 14.

In hiſtoria Ordinis Sancti Fran-ciſci refertur, de religioſo quo-dam, qui vehementer admodum contra fidem tentabatur. Suggere-bat illi ſpiritus mendax, falſas ra-tiones, quibus eum inducere ni-tebatur, vt abnegata fide, atque reiecto quem abſumpſerat cucullo, ad ſæculum reuerteretur, & to-tum ſe vitijs immergeret, eò quod omnes labores eius inanes, & ſine fructu futuro eſſent. Is autem in his anguſtijs, & graui periculo æ-ternam incurrendi pernitiem con-

ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutus, cum ſingulari cultu Beatiſſ. Virginem colere, eique indies ſpeciales aliquot oratiunculas, & alia pietatis obſequia offerre conſueuiſſet, ad imaginem quandam Beatiſſimæ Virginis ſeſe conuertit, & Beatam Virginem quam imago illa repræſentabat, tanquam præſentem hoc pacto allocutus eſt. *Ego quidem, O mater miſericordiæ, DEO & tibi in Religioſo hoc ſtatu omnibus diebus vitæ meæ deſeruire ſtatueram, ſed, vti experior, vos me deſeruiſtis, atque beſtiarum infernalium prædæ expoſuiſtis.* Quibus dictis mox à ſeipſo deficiens in extaſim raptus eſt, viditque oculis animæ ſacratiſſimam Virginem his ſe verbis alloquentem. Non dereliquit te DEVS, ſed probat: perſeuera igitur in fide & in DEI ſeruitio. Qua Beatæ Virginis allocutione, cœleſtis quædam in animam eius lux illapſa eſt, quæ totam hanc tentationem diſſipauit, illumque ingenti voluptate & conſolatione perfuſum,

miſteretur: B. Virgo reſpondit. *Crede mihi mulier, non ingredieris huc, niſi nobiſcum communicaueris*. Quibus verbis illuſtrauit mentẽ eius, illamque ad erroris ſui agnitionẽ illiusq; deteſtationem perduxit. Mox igitur accerſito Diacono, de manibus eius ſumpſit ſacrũ corpus, & precioſum ſanguinem DEI & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. Atque ita abſque vlla prohibitione digna habita eſt adorare ſanctum & venerabile ſepulchrũ Domini noſtri IESV Chriſti. Bono igitur animo ſint omnes qui tentationibus multis obnoxij ſunt, quod tale ab omnipotenti Deo acceperint adiutorium, contra omnes tentatiões, eiuſmodi eſt Beatiſſ. Virginis interceſſio: quapropter maximi eam æſtiment, illamque ſine intermiſſione in omnibus neceſſitatibus ſuis implorent, ſic enim reipſa experiẽtur verum eſſe, quod eadem-met cæli Regina, ad B. Brigidam, vti ipſa in reuelationibus ſuis teſtatur ait: Angelos quotieſcunque nomen MARIAE inuocari audiunt, *B. Brigida, lib. 5. cap. 9. & 24.*

gaudere : dœmones verò contremiſcere, & fugere ab animabus quas tentant & perſequuntur: eas etiam quas iam per peccata poſſidebant, ſi Mariam cum emendationis propoſito implorent, deſerere.

PER BEATISS. VIRGInis MARIAE *patrocinium, liberantur cultores eius à pœnis purgatorij.*

PARAG. V.

QVISQVIS poſt peractam de peccatis ſuis pœnitentiam, purgatorij pœnas, quibus homo vt plurimum poſt dimiſſam culpam obnoxius remanet, formidat: atque peccatorum quidem reatum ſibi in hac vita ab omnipotenti Deo condonari, ab eorum verò pœnis in altera, vel omninò vel ex parte liberari cupit, ne anima ſua à ſummi DEI clara viſione diu præpediatur, Beatiſſ. Virginem ſibi in mediatricem ac patronam aſſumat: ſic enim fiet, vt pia illius interceſſione & de peccatis ſuis veniam, & à

pœnis

Digitized by Google

pœnis omnibus, quas pro illorum expiatione in purgatorio luiturus eſſet, immunitatem adipiſcatur: vtrunque enim ſanguinis Chriſti merito fit, qui nobis & culparum, & pœnarum remiſſionem promeruit. Ad pœnarum pręterea dimiſſionem plurimum proſunt ſatisfactiones & merita ſanctorum, præcipuè Beatiſſ. Virg. Mariæ, quæ etiā precibus ſuis obtinet nobis; vt meritorū filij, & ſatisfactionis ſanctiſſimæ vitæ ſuæ, & omniū Sanctorū & iuſtorum participes efficiamur. Cuius rei non pauca nobis ſuppetunt teſtimonia.

Chriſtus ſanguinis ſui merito & culparum, & pœnarum remiſſionem nobis promeruit.

Refert Thomas Cantipratēſis Dominicanus, in vita S. Lutgardis, de Duciſſa Brabantiæ, filia Philippi Regis Franciæ, eam graui correptam morbo ad S. Lutgardem, intra imperij ſui terminos in monaſterio quodam degentem, quam ex multo iam tempore diligebat, nuncios direxiſſe, qui indicarent vt pro ſe Dominum rogaret. Fecit id S. Lutgardis, & quamprimum ei renunciari iuſſit, vt tanquam è lecto ægritudinis

In vita S. Lutgardi Sur. in Iunio.

ſuæ minimè ſurrectura, per confeſſionem ſe præpararet, & cum mutua cordis fiducia Dominũ expectaret. Non diu poſt Duciſſa defuncta eſt, ac deinde S. Lutgardi apparuit, indicans ei certiſſimè, ſe præter ſpem ab omnibus pœnis purgatorij, Beatiſſ. Matris DEI, quam viuens mirè dilexerat, interceſſione liberatam.

In eadem hiſtor. S. Lutgard. Idem auctor refert de Innocentio Papa tertio, qui poſt celebratum Lateranenſe Concilium ex hac vita migrauit: eum apparuiſſe viſibiliter S. Lutgardi, ingentibus vndiq; flammis cinctum. Quem illa vt vidit, medullitus ei compatiens, cur communis omnium Chriſtianorum parens tam dirè cruciaretur, percunctata eſt. Cui ille reſpondit. *Tres ob cauſas ita crucior, quæ etiam æternis ſupplicijs me iuſtiſſimè addixiſſent, niſi per interceſſionem pijſſimæ matris* DEI, *cui monaſterium condidi, in extremis me pœnituiſſet. Et æternam quidem mortem euaſi, ſed pœnis atrociſſimis vſque ad iudicij diem cruciabor. Quod autem ad te ſuffragia petiturus*

turus venire potui, mihi à ſuo filio mater miſericordiæ impetrauit. His dictis confeſtim diſparuit. S. verò Lutgardis, admirandis illius cauſa ſe affecit ſupplicijs: ſuis etiam ſororibus ad idem faciendum pijs admonitionibus induxit. Vbi diligenti conſideratione dignum eſt, quod ad extimeſcenda DEI iudicia plurimum proderit: culpas quibus hic Pontifex obnoxius extitit, vti Antonius Sabellicus, Raphael Volateranus, & alij qui de Pontificum vitis ſcripſerunt, affirmant, fuiſſe ſuperfluas expenſas in ædificia: & immodicus mundani honoris appetitus: in cæteris enim admodum laudabilis fuit Pontifex, & plurima ad DEI obſequium & Eccleſiæ vtilitatem inſtituit. Propter has autem culpas, quos ipſe forſitan quando eas admiſit, leues reputabat, iuſtè ad tam diuturnas purgatorij pœnas tolerandas condemnatus fuit, quas etiam reuera luere debuiſſet, ni quarundam ſanctarum perſonarũ ſuffragia, quorum per pijſſimæ Virginis interceſ-

ſionem particeps factus eſt, interueniſſent. Voluit autem DEVS id per S. Lutgardem palam fieri, vt in vitandis peccatis, illis etiam quæ leuia nobis eſſe videntur, ſimus diligẽtiores & circũſpectiores: diuinorumq́; iudiciorum ſeueritatem metueremus: commiſſa verò per veram pœnitentiam expiaremus, adhibendo ad hoc Beatiſſ. Virginis patrocinium, cuius interceſſio tum ad nos à peccatis eximendis, tum ad veram pro illis pœnitentiam efficiendam, tum ad pœnam pro illis debitam, delendam, plurimum valet. Vt non immeritò Sanctus Bernardus Beatiſſ. Virginem alloquens his verbis vſus fuerit. *Beatam te dicunt omnes generationes genitrix* DEI, *domina mundi, regina cæli, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuiſti: In te enim angeli lætitiam, iuſti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternum.*

S. Bernar. ſerm. 2. Pent.

PER

PER BEATISS. VIRGINIS MARIAE *cultum, acquiri caſtitatem aliaſque virtutes, & obtineri bonam mortem.*

PARAG. VI.

QVANDOQVIDEM bonis Christianis nō ſufficit, ea quæ ad peccatorum reatum, & pęnas delēdas neceſſaria ſunt, effeciſſe; verum etiam veras perfectaſq; virtutes acquirere, atque in illis ſe exercitare ſtudent: pręſertim quia ſcriptum eſt: *Declina à malo & fac bonum*, in quo conſiſtit præcipua pars iuſtitiæ. Psal. 36. Ea propter qui tam eximiū bonum, quantum eſt perfectarum virtutum & diuinæ gratię theſaurus, à Deo conſequi cupiunt: ad ſacratiſſimam hanc virginem ſuū habeant refugiū: exerceant ſacrum hoc Roſarium, & ſeruiāt ei omni cum diligentia, ſic enim fiet vt voti ſui cōpotes reddātur. Eximia virtus eſt caſtitas & naturæ noſtræ corruptę admodū difficilis cōſeruatu, naturę noſtrę corru-

Caſtitatis virt⁹ difficilis eſt conſeruatu.

corruptæ: at ſi Beatiſſ. Virgo in patronam & interuentricem aſſumatur, non modò Caſtitatem, ſed etiam perpetuam corporis & animæ virginitatem conſeruare poſſibile eſt: quia enim illa hanc virtutem præcipuè diligit, tot nobis auxilia, fauores, & gratias cælitus ad eã illibatã cuſtodiendam impetrat, vt etiam facillimum, iucundiſſimum, & ſuper omnes mundi ſapores ſuauiſſimos ſapidiſſimum fiat: vti quotidiana nos docuit experientia, multorum excellentium virorum ac mulierum exẽplis, qui illibatam ad extremum vſque anhelitum caſtitatem conſeruarunt.

Surius in vita eius 16. Nouẽ.

Narratur in vita S. Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis, à grauiſſimis auctoribus conſcripta: Eum caſtitati ſingularem ſemper nauaſſe operam. Cuius vt conſeruandæ ſibi maior ineſſet cura, de conſilio cuiuſdam ſacerdotis, coram imagine perpetuæ Virginis, ſanctiſſimæ matris Dei, caſtitatis nuncupauit votum, & ſingulari & incomparabili

Vir-

Virgini huic ſe commendans, eam ſibi ſponſam delegit: atque vt fœdus cum illa initum prorſus firmum & ſtabile fore declararet, nouo quodam modo eam annulo ſuo tãquam arrhabone, ſibi deſpondit, annulum illum, quem ea cauſa fecerat, eius imaginis digito primum, deinde ſuo inſigens: in quo etiam inſcripta erat ſalutatio Angelica. Atq; ex eo tempore, grauiſſimis etiam carnis tentationibus à Dœmone impetitus, & mulierculaꝛum impudicarum inhoneſtis ſignis & nutibus ad nefarios amplexus ſæpè prouocatus, ſemper tamen de hac tentatione victoriam retulit: atque in obitu ſuo confeſſus eſt, ſe, quoties clementiſſimæ illius Virginis imploraſſet opem, in tentationibus ſuis exitum, in perſecutione ſolatium, in afflictione remediũ, in dolore gaudium confeſtim impetraſſe.

S. Bernardinus Senenſis, admirandæ ſanctimoniæ vir, & omnium virtutum floribus adornatus: per Beatæ MARIAE virginis interceſſionem *Surius in Maio, & in chronicis Minorum.*

vir-

virginitatem intemeratam conſeruaſſe, atq; ab omni peccato mortali immunis permanſiſſe creditur. A puero enim illā ſibi in patronam delegit, atque in illius honorem, in tenera etiā ætate, ſingulis diebus Sabbathi ieiunabat, & quotidie coram imagine ipſius, genubus flexis, pias aliquot preces recitabat: affirmabat præterea in B. Virgine ſuam poſt Deum ſe potiſſimum collocatam habere ſpem atque fiduciam, per quam ſe obtenturum ſperaret gratiam & miſericordiam apud Deum, cum perpetua gloria.

3. Virginis intercesſione dona etiā gratis data obtinentur.

Porrò alia etiam dona, quæ appellantur gratis data, cuiuſmodi ſunt, ſapientia, diſcretio, ſcripturarum intelligentia, eloquētia, quæ, ſi quis illis benè vtatur, ad alias virtutes multum præbent adiumenti, Beatiſſ. Virgo patrociniū ſuum implorantibus, & ſingulari deuotione ſe colentibus impetrat, vti multorum exemplis & teſtimonijs, qui reipſa id experti ſunt, confirmatum eſt.

Rupertus Abbas Tuitienſis, magnus

gnus Eccleſiæ Doctor, atque eximiæ ſanctitatis & ſapientiæ vir: de quo Trithemius affirmat, eum in diuinis literis eruditiſſimum fuiſſe; cuius doctrinæ excellentiam volumina ab eo ſcripta indicant. Hic cum ingenio tardior eſſet, inſtaretque precibus apud Virginem DEI matrem, vt ſibi à filio ſcripturarum intelligentiam impetraret, apparuit ei mater illa gratiæ, denuncians eius preces ab ſe auditas, tantumq; ei lumen impertitam iri, vt nullus eius ætatis, doctrina ei æquari poſſet: tantùm videret, ne id talẽtum in terra defoderet, ſed ſtrenuè exerceret; quod quidem ab illo abundè perfectum conſtat. Sed neque gratitudinis oblitus eſt; nam B. Virginis laudes in ſcriptis ſuis, pius cultor ſæpiſſimè celebrat.

Trithemius in chronico Monaſterij Hirſaug. & Caniſius in Mariali lib. 5. cap. 20.

Extremum quod in hac vita homines maximè deſiderant eſt pia mors, obita in gratia & amore DEI, & cum magna ſalutis ſempiternæ fiducia, & ſacramentorum auxilio: hic enim articulus eſt omniũ periculoſiſſi-

B. Virgo cultoribus ſuis bonã mortẽ impetrat.

ſiſſimus,duriq́ue certaminis, qui vt rectè fiat ſpecialiori eget DEI adiutorio. Hoc autem per B. Virginis patrocinium impetratur. Ipſa enim ijs qui ſe in vita verè & ex animo venerati ſunt, in mortis agone inuictam à ſanctiſſima Trinitate impetrat fortitudinem, ad ſuperandas omnes inimici fraudes ac tentationes: ipſa illis cœleſte lumen obtinet, quo illuſtrati ex hac vita emigrent, ſtabiles in fide & amore DEI, cum magna animi conſolatione, & certa ſalutis ſuæ ſpe, omnium ſacramētorum auxilio muniti: Quod quamuis plurimis exemplis confirmari poſſit, attamen vnū duntaxat, quod pro multis ſufficiet in medium proferam.

Bloſ. in mon. ſpirituali. cap. 5. Orabat aliquando ſancta Birgitta ex compaſſione, pro quodā viro prępotente & illuſtri ſecundum ſeculum, qui grauiter ægrotabat, & tamē peccata ſua more fidelium confiteri ſacerdoti nolebat. Tum Chriſtus eidem Birgittæ apparens, ait: Dic confeſſario tuo, vt iſtum infirmum viſitet, & cōfeſſionem eius audiat. Miſ-

ſus

ſus igitur ſacerdos à ſancta Birgitta, venit ad ægrotantem; ſed is reſpondit ſe frequenter cōfeſſionem feciſſe, nec iam neceſſe eſſe vt confiteatur. Sequenti die iuſſu Chriſti ſacerdos à Birgitta iterum mittitur ad illum, à quo etiam idem quod prius reſponſum accepit. Tertio autem die reuerſus ad infirmum, expoſuit ei impedimenta ſalutis ſuæ, quæ Dominus beatæ Birgittæ reuelauerat. Tunc ille reſolutus in fletum, dixit ſacerdoti: Et quomodo veniam ego conſequi poſſem, qui tot ſceleribus ſum irretitus? Cui cōfeſſor: Etiamſi, inquit, multò plura & grauiora perpetraſſes, ſaluaberis tamen per veram contritionem atque confeſſionem: hoc fidenter tibi promitto. Et ille: Ego de ſalute animæ meæ deſperabam, quia me omninò diaboli dominio ſubdideram, tradideramque, qui etiam mihi frequenter locutus eſt. Sum modò ſexaginta annorum, & nunquam feci ſacramentalem confeſſionem, neque ſumpſi corpus Chriſti: iam verò tales lachry-

chrymas me habere ſentio, quales antea non habui. Igitur die illo ipſe quater confeſſus eſt ſacerdoti, & in craſtino etiam poſt confeſſionem accepit ſacram Euchariſtiam, ac ſexto die defunctus eſt. De quo Dominus poſteà ait ad S. Birgittam: Ille non deſcendit in Infernum, ſed venit ad Purgatorium propter contritionem atq; confeſſionem ſuam. Bonitate mea, qua vſq; ad vltimum punctum expecto hominis conuerſionem, & meritis matris meæ, (cuius dolori viuens ille adhuc in carne compati ſolebat) ſalutem inuenit, & ſaluus erit.

Bloſius ibidem. In hoc & alijs ſimilibus exemplis verificatur & adimpletur illud quod aliquando beata Gertrudis vidit accurrere ſub chlamydē dulciſſimæ genitricis Dei MARIAE, veluti beſtiolas quaſdam diuerſi generis, per quas ſignificabantur peccatores ſpecialem deuotionē ad illam habentes. Has omnes mater miſericordiæ benignè recipiens, & quaſi ſub pallio ſuo protegens, delicata

manu

manu ſua ſingulas contrectabat, deliniebatque, & ipſis amicabiliter blandiebatur, quemadmodum quis blādiri ſolet catulo ſuo. Ac per hoc manifeſtè inſinuabat, quàm miſericorditer ſuſcipiat oēs inuocantes ſe, & quàm materna pietate defendat ſperātes in ſe, etiam eos qui peccatis adhuc impliciti ſunt, donec illos filio ſuo reconciliet verè pœnitentes. O admirandam DEI bonitatem, quæ talia beneficia mortalibus per interceſſionē ſanctiſſimę Matris ſuæ largitur? vt hinc nimirum intelligamus, nullum eſſe malum culpæ, nullam tentationem, nullam pœnam, nullum periculum ex quo homo per Beatiſſ. Virginis patrocinium, ſi eam in aduocatam ſibi aſſumat, non poſſit eximi: nec vllum eſſe bonum, vllam virtutem, vllum donum, vllam gratiam, vllam conſolationem, quæ in præſenti vita & morte, per eiuſdem interceſſionem non poſſit obtineri: atque idcirco, vti Sanctus Bernardus ait, *in eam reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in* S. Bern. ſerm. 2. Pentec.

ea &

ea & per eam & de illa, benigna manus omnipotentis, quicquid creauerat recreauit. Quod in ea perfectum eſt, quia de illa natus eſt, communis totius vniuerſitatis reparator. Eſt ergo diuinæ voluntatis, quod per eam omnia bona conſequamur, & illam tota cum animæ deuotione, & cordis deſiderio inuocemus, veneremur, & in patronam & interuentricem nobis apud Deum aſſumamus, dicendo. O ſanctiſſima DEI genitrix, *Solue vincula reis, profer lumen cœcis, mala noſtra pelle, bona cuncta poſce.*

In hymno: Aue maris ſtella.

DE IMPEDIMENTIS QVAE *obijcere ſolent peccatores, ne eximiorum horum bonorum, quorum per Beatiſ. Virg. interceſſionem, animæ participes redduntur, conſortes fiant.*

PARAG. VII.

HAEC ſunt beneficia & miſericordiæ, quas tum in vita, tum in morte, per Beatiſſ. Virginis interceſſionem homines adipiſ-

adipiſcantur. Verum inde non erit illis occaſio ſumenda, in peccatis perſeuerandi, & pœnitentiã in longum tempus procraſtinandi, ea cum ſpe, quod per Sacratiſſ. Virginis patrocinium, etiam in peccatis grauiſſimis exiſtentes, ſalui futuri, aut ante mortem pœnitentiam acturi ſint: quia quemadmodũ illi qui occaſionem ex DEI miſericordia ſumentes, in peccatis perſiſtunt, eorumque ſe veniam percepturos de immenſa DEI pietate confidunt, iuſto DEI iudicio vt plurimũ à diuina miſericordia deſeruntur, & malo fine ſcelera ſua concludunt: ita & illi qui in Beatiſſ. Virg. MARIAE patrocinio fiduciam habentes, peccata peccatis audent coniungere, atque pœnitentiam de die in diem protrahere, in magno verſantur periculo, ne ab eadem Virgine deſerantur, tanquam miſericordia illius indigni, quia à cultu & veneratione B. Virginis, à qua ſcelerum ſuorum, quæ B. Virgo maximè deteſtatur, odium, virtutum amorem, & diuinæ legis

Beatiſſ. Virg. pietate non abutendum, nec propterea pœnitentiam eſſe procraſtinandam.

obſeruantiam, quæ B. Virgo præcipuè cara habet, haurire debuerant, illi è contra peccandi & in peccatis perſeuerandi præſumptionem hauriunt, in quo maximā ſummę cęlorū Reginæ irrogant iniuriā, & notabile obſtaculū interponunt, ne ab illa diligantur & adiuuentur. Quapropter talibus non præbemus ſecuritatem, nec certam remedij ſpem: ſed illis certiſſimā ſpem largimur, quod per Beatiſſ. Virginis patrocinium ab omnibus malis eximendi, & omnia bona, fauores & gratias obtenturi ſint, qui ex his admonitionibus & exemplis ad ſcelerum ſuorum deteſtationem & ad vitæ emendationem permouentur: & media ad ſalutem neceſſaria, ab Eccleſia & DEO inſtituta, opere exercere ſtatuunt: atq; ad hoc obtinēdum pijſſimam Virginem ſibi in patronam & interuentricem depoſcūt: iſtis loquuntur hæ rationes, & exempla, iſtis hi fauores & auxilia promittuntur, iſtis hæc ſpes ſuppeditatur. Hi bono ſint animo, & gaudeant de veritatis huius notitia, quam

quam Beatiſſ. Virgo Sanctæ Brigidæ aliquando declarauit his verbis.

Quantumcunque homo peccet, ſi toto corde cum vera emendatione & charitate ad me confugerit, ſtatim parata ſum recipere veniente͂. Nec atte͂do quantu͂ quis peccauerit, ſed quali intentione ac voluntate redit ad me. Nam peccator quamlibet vilis ſit ac ſordidus, non dedignor eius plagas tangere, vngere, & ſanare; quia vocor & verè ſum mater miſericordiæ. Hæc ſunt verba Beatiſſ. Virg. ad S. Birgittam, quę & factis co͂probat impetra͂do auxiliu͂ & gratia͂ à dulciſſimo filio ſuo, ad operandos hoſce effectus veniæ ac ſalutis in peccatoribus. Benè igitur aduerta͂t illi q. Deum offenderunt, ſi in peccatis ſuis perſeuerauerint, quod no͂ ſpectent ad illos hæ promiſſiones benigniſſimæ Virginis; quia Deus qui peccatoribus pęnite͂tiam agentibus veniam ſpopondit, non promiſit, quod illos expectaturus, vel vnicum vitæ diem conceſſurus ſit: & etiamſi vitam prorogat, non tamen pollicitus eſt, quod

Bloſius in Monili ſpirituali cap. 5.

illos efficaciter conuertet: ſed comminatus eſt eis, quod niſi pœnitentiam egerint, ex improuiſo ad eos venturus, & per mortẽ viſitaturus ſit; dicente ipſo in Euãgelio Lucæ: *Eſtote parati, quia qua hora non putatis,* Luc. 12. *filius hominis veniet*. Et apud S. Marcum Euangeliſtam: Marc. 13. *Vigilate, neſcitis enim quando Dominus veniat, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes*. Quod vt ſignificaret, dicit ſe venturum veluti furem. Idem monuit per S. Ioannem in Apocalypſi, quendam his verbis. Apoc. 3. *Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te*. Et rurſum: Apoc. 16. *Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat*. Fur ad deripiendum venit, quando homines ſomno ſepulti, de aduentu eius minimè cogitant; id eſt quod minatur hoc loco Chriſtus peccatori: nimirum, ſi non ſtuduerit eſſe vigilans per bonam vitam, & paratus per pœnitentiam, quod ad eum ex inopinato dum ſomno peccati ſepultus iacet, venturus ſit; hanc

autem

autem pœnam quam Chriſtus minatur, in multis peccatoribus reuera exequitur, quos mortis tempore viſitat, & in furto peccati mortalis inuentos tollit, & æternis propterea tormentis adiudicat, vti ſacræ literæ teſtantur, & quotidiana inſtruimur experientia. Significauit hoc ipſum Chriſtus in parabola decem virginum, quarum quinque, ſponſus veniens, dormientes, & lampades earum oleo vacuas reperit, quibus & ianuam occluſit: quo ſignificabat peccatorem, ſi deprehendatur in ſtatu peccati mortalis, ſine gratia, & ſine charitate, à bonis cæleſtibus excludi æterniſque ſupplicijs adiudicari. Idem adumbrauit, quando ad arborem fici folia habentem acceſſit, quærens in ea fructum, quem cum non inueniret, quamuis non eſſet tempus, vti Euangeliſta ait, ficorum eidem tamen tanta cum verborum efficacia maledixit, vt ſtatim exaruerit. Quo indicare voluit, ſe nonnunquam accedere per mortem & particulare iudicium ad viſitan-

Matt. 25.

Marc. 11.

dos peccatores, quos ſi inueniat habentes folia duntaxat fidei mortuæ, & operum quorundam exteriorum, non autem ferentes pœnitentiæ & bonæ vitæ fructus, illo etiam tempore quando ſibi perſuadent nondũ eſſe tempus hoſce fructus proferendi, eò quod ſint iuuenes, & in ipſo ætatis flore degant, cogitentq́ue poſtea vitam corrigere, attamen nõ exſpectat, ſed illos etiam ante tempus dum minimè cogitant, ex hac vita tollit, atque maledictionem æternæ damnationis illis imprecando, ad omne opus bonum inhabiles, igniq́ue inextinguibili ſubiectos relinquit.

Vt igitur ab his DEI iudicijs & caſtigationibus iuſtiſſimis, quæ vt plurimum in peccatores in mala vita perſiſtentes exercet, liberemur, imponamus finem peccatis præteritis, per veram de illis animi contritionem & oris cõfeſſionẽ: auſpicemur nouam vitã cum vero propoſito ſeruiendi Deo: hac enim ratione impetrabimus Chriſti DEI & Saluatoris noſtri miſericordiã, & omnes illos fauo-

fauores & gratias ineffabiles, quæ per pijſſimæ Virginis interceſſionē, animabus iuſtorum & peccatorum communicantur. Ad quæ vt magis animemur, explicabo nunc media per quæ Beatiſſ. Virginem colere, ac venerari, adeoque bona illa incomparabilia, quæ per ipſius patrocinium hominibus diſtribuuntur, conſequi valeamus.

QVIBVS POTISSIMVM rationibus Beatiſſ. Virginem colere ac venerari debeamus: & ſpeciatim de reuerentia interiori & exteriori.

PARAG. VIII.

QVAMVIS ex ijs quæ hactenus dicta ſunt, facilè colligi poſſit, quibus potiſſimum rebus ſacratiſſima Virgo à cultoribus ſuis coli ac venerari debeat: attamē quia hæc omni perſonarum generi ſcribimus, non abs re erit, illud ſpecialius declarare, & Sanctorum exemplis confirmare.

In tri⁹ m potiſſ. mũ conſiſtit ſanctorum cultus.

In tribus potiſſimum conſiſtit deuotio & cultus Beatiſſ. Virginis & aliorum ſanctorum: in Reuerentia, Inuocatione, & Imitatione. Ad reuerentiam pertinet, illos intrinſecus in corde magni æſtimare atque diligere, de ipſorum gloria & bonis gaudere, Deum quod illos elegerit, & tam eximijs donis ac gratijs ornauerit, atque ad tantam gloriam ſublimauerit laudare; extrinſecus verò revereri ac venerari illorum nomina, imagines, memoriam, inſtructiones, verba, reliquias, & omnia quæ ad ipſos ſpectant.

Reuerentia.

Inuocatione.

Ad inuocationem pertinet, offerre illis pia deſideria, deuotas orationes, & alia ſpecialia obſequia & opera pia, qualia ſunt ieiunia, eleemoſynæ, pœnitentiæ, ſacrificia miſſæ, vt per illa Sanctorum patrocinium & auxilium impetremus.

Inuocatione.

Ad imitationem (quod eſt tertiũ, & in quo præcipuè ſanctorum cultus conſiſtit) ſpectat legere, & audire vitas & virtutes Sanctorum, de his crebro meditari, has attenti cum ani-

animo pōderare, illas in opus quantum ſtatus vniuſcuiuſq; & talentum quod à Deo accepit, permittit, conferre, atque ex ipſorum exemplo occaſionem Deum glorificandi illiq́ue ſeruiendi, quemadmodum illi glorificauerunt & ſeruierunt, haurire: quod ad magnam ſanctorū gloriam cedit, dum vitæ illorum ſunt nobis incitamenta & ſtimuli, quibus ad Deum glorificandū excitemur. Quare ſi Beatiſſ. Virginem ſingulari cultu non apparenter duntaxat ac ſolo nomine, ſed reuera in DEI & eiuſdem Virginis conſpectu, venerari cupimus: exhibeamus illi reuerentiā, vti nobiliſſimę & altiſſimę creaturæ, amplius de Deo, quam omnes aliæ quas condidit, participantis: & tanquam ipſius DEI genitrici & matri noſtræ dulciſſimæ, pijſſimæ, humaniſſimæ, benigniſſimæ, amoroſiſſimę, quæ nos ineffabili amore complectitur. Caſtiſſimum Ioſephum propterea quod terram AEgypti ſingulari beneficio ſibi obſtrinxiſſet, illamq́; tempore magnæ ſterilitatis

quam ex DEI reuelatione didicerat, ab imminenti famis exitio, prouida frumentorũ repoſitione liberaſſet, Pharao rex totius AEgypti Dominum poſt ſe conſtituit, annulũ de manu ſua tulit & dedit in manu ei', veſtiuit eũ ſtola byſſina, collo torquẽ aureã circũpoſuit, & ſine ipſius imperio nihil in omni terra AEgypti, fieri iuſſit. Quod cernẽtes habitatores terræ AEgypti, illum ſuſcipere, honorare, reuereri, profunde coram illo ſe incuruare, ac per plateas incedentẽ genubus flexis, aut in terram proſtrati, venerari cœperunt. Si talis reuerentia & honor Ioſepho fuit exhibitus, propterea quod Pharao rex eum ob beneficium illi terræ præſtitum exaltaſſet: Sacratiſſimæ virgini quæ de puriſſimis ſanguinibus ſuis nos genuit, lacte ſuo nutriuit, non panem terræ tranſitoriam, ſed panem æternum de cœlo delapſum nobis conſeruauit, eoque nos pauit, non ad liberanda corpora noſtra à fame ac morte temporali, & recreandum carnis ſenſum, ſed ad vindi-

Gen. 41.

Elegans figura Ioſephi ad B. Virginem applicatio.

Digitized by Google

vindicādas animas noſtras à peccato, & damnatione ac morte æterna, & conferendam illis vitam & gloriā immortalem, idq́ue non vni tantum regno, & per ſeptem annos, ſed toti mundo, & per omnia ſæcula, idem à nobis maiori iure non præſtabitur? Præſertim cum videamus eam propter hoc beneficium mundo exhibitum, non à Rege terreno atque infirmo qualis erat Pharao, ſed ab æterno & immortali DEO, cæli ac terræ moderatore, ſupra oẽs creaturas exaltatam, & Dominam ac Reginam cæleſtis curiæ, mundiq́ue totius conſtitutam, ſecundumq́ue locum ac ſedem ei in Regno, poſt eam quam DEVS obtinet, aſſignatam, annulum præterea manui eius inſertum, id eſt, collatam ei auctoritatem ac poteſtatem, vt omnes gratiæ quas DEVS mundo poſt illius redemptionem confert, tranſeat per manus eius, id eſt, vti Sanctus Bernardus explicat, per illius interceſſionem obtineantur. Huic igitur quātum honorem & reuerentiam

tiam par eſt, à nobis exhiberi? quanti eam nos facere oportet in cordibus noſtris? quanto amore complecti? quanta cum veneratione imaginem ipſius adorare, & dulciſſimum nomen illius pronunciare? quibus laudibus virtutes & excellentias ipſius celebrare? Sint nobis exemplo ſancti illi quibus DEVS reuerentiam B. Virgini exhibendam manifeſtauit.

Surius in vita eius 24. Sept. De S. Gerardo Epiſcopo Canadienſi, & poſtea martyre memoriæ proditum eſt, eum ſacratiſſimã Virginem MARIAM tantæ humilitatis obſequio venerari ſolitum fuiſſe, vt ſi quis reus, clam à ſancti viri familiaribus edoctus, veniam ab ipſo peteret, per nomẽ matris Chriſti, mox audito nomine Matris miſericordiæ lachrymis perfunderetur, & perinde ac ſi ipſe reus eſſet, à reo veniam peteret: filium quoque ſuum illum fore affirmaret, ſi eam ſyncerè crederet DEI genitricem. Ipſo etiam auctore, ab Hungarica gente, non pronunciatur nomen matris DEI, ſed.

ſed Dominam eam vocant. Si ſit autem pronunciatum illius nomẽ, ſtatim flexis genibus, & demiſſis in terram capitibus ſeſe inclinant.

S. Margareta Regis Hungariæ filia, ordinis S. Dominici (vt refert Gacarinus in vita eius,) inter alia virtutum exercitia, quibus ad tam ſublime ſanctitatis faſtigium aſcendit, ſacratiſſimam quoque Virginem, præcipuo affectu dilexit ac coluit: quapropter quocunque loco imaginem illius cõſpexiſſet, genubus reuerenter flexis, Angelica eam ſalutatione ſalutabat: in vigilijs feſtiuitatũ eius pane & aqua duntaxat cõtenta erat: in feſtiuitatibus eius, & infra octauas earundem feſtiuitatum, millenas ſalutationes Angelicas ei offerebat, ad quarum ſingulas humi ſe proſternebat, vt hoc ſitu corporis Beatiſſ. quoque virginem veneraretur. *Surius in Ianuar.*

Admirabile eſt exemplum S. Hedvviges Duciſſæ Poloniæ, cuius deuotionem DEVS eximijs miraculis comprobauit. Hæc (vti in vita illius, & in actis, ſummo Põtifici ad Canoniza- *Surius in vita eius 15. Octob.*

nizationem ipſius oblatis, refertur,) ſanctiſſimam DEI matrem inter alios ſanctos, ita vt par erat, ardentius amabat, atque ea de cauſa, illius apud ſe paruam ſemper ferebat imaginem, eamque ſæpius geſtabat manib⁹, vt ex amore crebrò eam poſſet intueri, & inſpiciendo ad eius amorem ſe poſſet amplius excitare. Ea imagine, cum interdum benediceret languidis, ilico curabantur. Tam eximia autem & euidentia fuerunt hæc miracula, vt cum alijs teſtimonijs ad Canonizationem illius abundè ſuffecerint. Poſt mortem, anno poſt ſepulturam eius viceſimo quinto, cum propter ſacri corporis eius translationem, apertum fuiſſet ſepulchrum, odor mirificus ex eo exhalans, omnium nares compleuit, animoſque ſtupore & gaudio affecit. Inuenti ſunt tum, carnibus conſumptis & membrorum compage ſoluta, tres digiti ſiniſtræ manus eius, prorſus integri & incorrupti, & intra illos exigua imago Beatiſſ. matris DEI, quam illa viuens apud ſe fer-

ſe ferre conſueuerat, & cum ea tumulata fuerat), quod moriens adeo eam digitis iſtis ſtrinxerat, vt commodè inde auelli non poſſet. Cerebrum quoque capitis eius inuentum eſt recentiſſimum, & diuina virtute mirabiliter conſeruatum, è quo liquor purus & clarus inſtar olei oliuarum ſuauiſſimi mirandique odoris ſcaturiebat, ſindones & pannos, quibus illud inuoluebatur, madefaciens, perinde ac ſi flumine extracti eſſent: quo DEVS inſignem ipſius ſanctimoniam, & ſingularem in pauperes & egenos libertatem, teſtificari voluit.

EA QVAE AD BEATISS. Virginis reuerentiam pertinent, fuſius declarantur.

PARAG. IX.

HIS & alijs ſimilibus Sanctorum exẽplis inſtruimur, quid nobis ad cultũ & reuerentiã B. Virginis faciendum ſit: nimirum; Ima-

Imaginem illius adorare, humiliando coram illa corpus & animam: & intendendo hanc adorationem, non illi figurę vel ſtatuę, ſed ipſimet Beatiſſ. Virgini, in cælo regnanti exhibere: vt videlicet per illam figuram veluti per medium, adoratio illa tranſeat & aſcēdat ad ſanctiſſimam DEI genitricem in cæleſti gloria viuentem ac dominantem. Quando dulciſſimum MARIAE nomen pronunciamus, aut pronunciari audimus, caput detegere & humiliter inclinare. Quando preces ad eam fundimus vel genub⁹ flexis, vel erecto corpore, vel alio membrorum ſitu deuoto & humili, qui reuerentiam & cordis ſubmiſſionem indicet, id agere. Ad illius honorem ac reuerentiam offerre Deo ieiunia, & alias corporis auſteritates: eleemoſynas, & alia opera charitatis & miſericordiæ; Eximium de ipſa in cordibus noſtris habere opinionem, tanquam de illa, quę eo quod ſummi & infiniti DEI mater eſt, dignitatis & maieſtatis quodammodo eſt infinitæ:

Qui potiſſimum actus in B. Virgine honorāda ſint frequentandi.

nitæ: Ex totis præcordijs eam diligere, gaudendo de ſummis donis, gratijs, & priuilegijs ineffabilibus Beatiſſ. Virgini à DEO collatis; & gratias & laudes DEO tribuendo, quod tam eximia dona Beatiſſ. Virgini impertitus ſit; atque hæc omnia ſerio atque ex corde, quaſi noſmetipſi à DEO illa conſecuti fuiſſemus agere: deſiderare præterea efficaciter, ſummam dignitatem Beatiſſ. Virginis, ab omnibus Adami filijs cognoſci, illamq́ue vt veram DEI matrem honorari, & omnes fideles, qui fide ipſam honorant ac reuerentur, ei cum eximia vitæ puritate, & ſpecialibus obſequijs, DEO glorioſis & B. Virgini gratiſſimis deſeruire, atque hoc deſiderium in opus conferre, omnes quotquot capaces iudicauerint ad Roſarij vſum, quod ad Beatiſſ. Virginis cultum & honorē propriè ſpectat, & ad ſacramentorum Pœnitentiæ, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ frequentationē, vt maiori cū vitæ puritate hanc deuotionē exerceāt, pijs adhortationib⁹ inducendo.

Actus amoris erga B. Virginem.

Hoc

Hoc pacto exercenda nobis eſt deuotio & amor erga Beatiſſ. Virginem, cuius exercitium DEO cedit ad gloriam, B. Virgini eximiam adfert voluptatem, & animabus noſtris ſingularem parit vtilitatem. Quando amorem hunc in cordibus noſtris ſenſerimus, æſtimemus illum pro ſingulari dono DEI, quia è cælis tantam habet efficaciam, vt animas reddat caſtiſſimas, & imitatrices angelicæ puritatis. O ſublime DEI ſecretum. O admirabile æternæ ſapientiæ artificium. Vidit DEVS inter vitia, quæ maxima humano generi detrimenta inferunt, præcipuum cæterorumque vitiorum quaſi fontem & ſcaturiginem eſſe amorem inordinatum, fœminarum erga viros, & virorum erga mulieres. Vt ergo malo huic medelam adhiberet, quid fecit? Dedit nobis virum vnum, vnigenitum videlicet filium ſuum humana carne veſtitum, quem fœminæ amantes, caſtæ fierent ac mundæ: quia diligendo, ſpiritualiter

Quam admirabili ratione Deus inordinato amori virorum in

tet

ter in eum conuerterentur, & quemadmodum ille totius ſanctitatis & munditiæ, fons infinitus eſt, ita & ipſe caſtæ fierent ac mundæ. Vnde Sancta Agnes de hoc ſponſo ſuo aiebat: *Cùm illum amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum: cum accepero virgo ſum*. Dedit etiam nobis vnam fœminam, Beatiſſimam videlicet Virginem MARIAM, quam viri diligentes caſti ac mundi redderentur: vt enim illa puriſſima eſt, & caſtitatem atque virginitatem præcipuè caram habet, ita & ſui amatores, earundem efficit virtutum ſectatores. Vnde factum eſt, vt poſteaquam DEVS homo factus, & de Matre virgine natus eſt, terra produxerit prata virginum, tàm virorum quàm fœminarum: & Eccleſia virginibus repleta fuerit, cum ante virtus hæc rara, & veluti à mundo extranea foret.

fœminas, & fœminarum in viros medelam adhibuerit. In vita eius à S. Ambroſio cõſcripta.

Quamdiu Beatiſſ. Virgo in terris in carne mortali vitam egit, vti inter

alios

Hoc pacto exercenda nobis eſt deuotio & amor erga Beatiſſ. Virginem, cuius exercitium DEO cedit ad gloriam, B. Virgini eximiam adfert voluptatem, & animabus noſtris ſingularem parit vtilitatem. Quando amorem hunc in cordibus noſtris ſenſerimus, æſtimemus illum pro ſingulari dono DEI, quia è cælis tantam habet efficaciam, vt animas reddat caſtiſſimas, & imitatrices angelicæ puritatis. O ſublime DEI ſecretum. O admirabile æternæ ſapientiæ artificium. Vidit DEVS inter vitia, quæ maxima humano generi detrimenta inferunt, præcipuum cæterorumque vitiorum quaſi fontem & ſcaturiginem eſſe amorem inordinatum, fœminarum erga viros, & virorum erga mulieres. Vt ergo malo huic medelam adhiberet, quid fecit? Dedit nobis virum vnum, vnigenitum videlicet filium ſuum humana carne veſtitum, quem fœminæ amantes, caſtæ fierent ac mundæ: quia diligendo, ſpiritualiter

Quam admirabili ratione Deus inordinato amori virorum in

ter

ter in eum conuerterentur,& quemadmodum ille totius ſanctitatis & munditiæ, fons infinitus eſt, ita & ipſe caſtæ fierent ac mundæ. Vnde Sancta Agnes de hoc ſponſo ſuo aiebat: *Cùm illum amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum: cum accepero virgo ſum*. Dedit etiam nobis vnam fœminam, Beatiſſimam videlicet Virginem MARIAM, quam viri diligentes caſti ac mundi redderentur: vt enim illa puriſſima eſt, & caſtitatem atque virginitatem præcipuè caram habet, ita & ſui amatores, earundem efficit virtutum ſectatores. Vnde factum eſt, vt poſteaquam DEVS homo factus, & de Matre virgine natus eſt, terra produxerit prata virginum, tàm virorum quàm fœminarum: & Eccleſia virginibus repleta fuerit, cum ante virtus hæc rara, & veluti à mundo extranea foret.

fœminas, & fœminarum in viros medelam adhibuerit. In vita eius à S. Ambroſio cõſcripta.

Quamdiu Beatiſ. Virgo in terris in carne mortali vitam egit, vti inter

alios

alios quamplures grauiſſimos au-
ctores etiam S. Bonauētura teſtatur,
hanc ſingularem, inter alias, quibus
plena extitit, gratiam habuit, quod
omnibus qui eam intuerentur, om-
ne malum deſiderium, & omnem la-
ſciuam cogitationem ex animo fu-
garet, atque in illis munda deſide-
ria, & cogitationes caſtas gigneret.
Quemadmodum ſolis exortu tene-
bræ diſſipantur: ita ante illius præ-
ſentiam, omnes cogitationes hone-
ſtati contrariȩ euaneſcebant. Si ergo
hac virtute pollebat B. Virgo adhuc
in mortali carne degens, & in illos
qui eā non cognoſcebant, neq; vene-
rabantur: quanto magis nunc inef-
fabili gloria dotata & Regina cæ-
lorum conſtituta, in eis, qui fidei o-
culis ipſam intuentur, honorant, &
amant tanquam DEI matrem, ſeque
illi commendant, ſimilia orationi-
bus ſuis & meritis operabitur: vt vi-
delicet, in eis, qui ſui ſȩpe recordan-
tur, de ſe cogitant, opem ſuam im-
plorant, ſeque ex animo diligant,
tentationes frangat, improbas cogi-

Singularis gratia B. Virgini collata, quod nemo ex illius aſpectu cogitationes laſciuas conceperit.

tatio-

tationes ac deſideria fuget, caſtas ac mundas cogitationes generet, atque adimpleat, quod in præclaro illo hymno indies poſcit Eccleſia. *Virgo ſingularis, inter omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos.* Hæc ſunt quæ nos facere oportet, vt reuerentiæ & interiori & exteriori, quam Beatiſſ. Virgini debemus, ſatisfaciamus. *In hymno Aue maris ſtella.*

DE SECVNDO MEDIO, quo Beatiſſ. Virgo colitur, nempe de Inuocatione.

PARAG. X.

VT ſecundo quoque medio, ad deuotionē & cultum B. Virginis ſpectante, hoc eſt, inuocationi ſatisfaciamus, hæc nobis facienda ſunt. Inuocabimus illam ſæpenumerò deſiderijs & gemitibus cordis, atque opem illius & patrocinium pijs precib' implorabimus. Et vt ea quæ petimus impetrare mereamur, offeremus illi ſacra opera humilitatis, pœnitentiæ, mortificationum, & miſericordiæ. Quemadmodum *Quos act° in B. Virginis inuocatione potiſſimū exercere debeam'.*

modum enim illa ad reuerētiam vti dictū eſt ſpectāt, ita quoq; ad hoc vt exaudiri mereamur plurimū conferunt; nā ſicut dona & munera q̄ Principibus offerūtur, non tantū teſtimonia ſunt reuerentię atq; ſubiectionis illis debitæ, ſed etiā ad nouas gratias ab illis impetrādas deſeruiūt. Ita & humiliatio in ſubmouēdo veſtiū faſtu, & vſurpando ſimplici corporis cultu: in ſeruiēdo pauperib⁹ & infirmis: in peragendo viliſſima domus miniſteria: in ſufferēdis iniurijs ſine ſui defenſiōe aut excuſatiōe: in corporis inedia, diſciplinis, lecti duritie, & vigilijs: in ſubueniendo egenis & orphanis, & in omnibus alijs, quæ poſt præcipuū & vltimū finē, qui eſt gloria Dei, ad honorē & reuerētiam B. Virg. exercentur, adiuuant nos ad impetranda q̄ petimus, & ſunt quaſi diligentiſſimi quidem mediatores, pium cor illius ad gratiam nobis retribuendam, ſollicitantes. In quacunque igitur neceſſitate conſtituti ſumus, cōfugiemus ſubito ad illam, & manibus eius nos totos cōmittemus.

Digitized by Google

mus, vt ſua interceſſione medelam nobis obtineat. Si donũ aut virtutem aliq̃ adipiſci cupimus, illi' patrocinium implorabimus, & ad fores clementiæ ipſius pulſabimus, vt per ipſam voti cõpotes efficiamur. Quãuis enim veriſſimũ & apertiſſimum ſit, ſolum Deũ eſſe auctorẽ & fontem omnium bonorum, atq; ad ipſum ſpectare, auctoritate propria dona gratiæ & gloriæ impertiri, illum deniq; miſericordia prӕditum eſſe infinita, qua velit dare, magiſque conferre paratus ſit, quam nos accipere: Nihiloſecius etiam clarum & euidens, eum ad honorandos ſanctos ſuos, & ſuppeditandam nobis materiam humilitatis & deuotionis erga illos, præcipuè ad honorandam glorioſiſſimam Matrem ſuam, & generandam in cordibus fidelium intimam erga illam deuotionem, velle, dona, quę nobis impertiri diſponit, per Sanctorum ſuorum interceſſionem, & ſpeciatim per Beatiſſ. Matris ſuæ patrocinium, nos obtinere. Ex quo etiam fit vt ſæpe dona & gratias

Deus aliqua dona per ſanctorũ & ſpecialiter B. Virginis interceſſionem nos vult obtinere.

tias innumeras hac ratione nobis communicet, quæ alioqui non impetraremus.

In domo rectè conſtituta & ordinata, ſolus paterfamilias regit omnia, & de bonis domus diſponit: at ſi filius re aliqua indigeat, gratum habet, quod mater illum pro ipſo poſtulet: ſi etiam à filio irritatus & offenſus fuerit, & cũ illo in gratiam redire, offenſumq́ue omnem ei condonare velit, libenter videt, quod mater ſe mediatricem interponat. Ita facit DEVS, quãuis enim vti clementiſſimus pater, omnia quibus ad ſalutem noſtram & peccatorum veniam egemus nobis largiri paratus ſit, attamen valdè gratum habet, ſi ea per patrocinium & interceſſionẽ dulciſſimæ matris ſuæ Beatiſſ. Virginis MARIAE conſequamur.

In AEgypto cum fames totam illam terram & vicina regna occupaſſet, ſolus quidem Pharao erat Rex & Dominus terræ ac frumenti, ſed vt Ioſephum honoraret, & auctoritatem ei quam merebatur, conferret,

ret, venientibus ad ſe ſubditis, & alimenta petentibus ait: *Ite ad Ioſeph, & quicquid ipſe vobis dixerit, facite;* ſicque per ipſum de neceſſarijs illis prouidebat. Eodem modo facit Deus Dominus & ſaluator noſter, quamuis enim ſit Dominus omnium, omnia regens & gubernans, nihilominus vt ſacratiſſimam Virginem honoret, eique auctoritatem talis filij Matri conuenientem tribuat, vult, quod in neceſſitatibus noſtris ad ipſam confugiamus: adeoq; per illam abundantiſſimè de omnibus gratiæ ac gloriæ bonis, & alijs corporis & animæ, ad eorum acquiſitionem cõferentibus, nobis prouidet. Innumera extant Sanctorum exempla, qui id re experientia ipſa didicerunt, ex quibus nos, vt breuitati ſtudeamus, bina duntaxat, ad noſtri ædificationem maximè facientia, proferemus. *Gen. 41.*

S. Maria AEgyptiaca (vti refert Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymitanus in vita eius) cùm iuuencula eſſet, & in ſcelerũ & libidinum ſuarum feruore degeret, cum alijs in *Sophron. in vita eius. Surius in April.*

templum, vbi lignum iſtud, in quo humani generis Redemptor pro nobis affigi ſuſtinuit, exaltabatur, ſe ingerere tentauit, ſed ſemper repulſam diuina quadam virtute paſſa eſt. Receſſit igitur deſperatione fracta, & in abſtruſum quendam angulum ſe recipiens, ſecum pertractare cœpit, cur ſola viuificæ Crucis aſpectu prohiberetur. Id dum facit, diuino proculdubio ſpiritu agente, ita eam ſcelerum conſcientia concuſſit, vt largiſſimo lachrymarum imbre genas pectuſque perfunderet: quare ſibimetipſi exoſa, & deſperationis barathro iam abſorberi incipiens, oculos nunc in hanc nunc in illam partem flectebat, ſi fortè alicubi, ſpes aliqua vel minimæ conſolationis appareret: cum ecce videt pulcherrimam DEI genitricis imaginem, in ſublimori quodam loco erectam, ad quam tota mente & corpore conuerſa, his verbis eam deprecata eſt.

Domina virgo, quæ DEVM *verum genuiſti ſecundùm carnem: ſcio, ſcio*

quia

Digitized by Google

quia non eſt cõdecens nec oportunum, me ſic horridã adorare imaginẽ tuam, vel contemplari oculis, tantis ſordibus pollutis, quæ ſemper eſſe virgo dignoſceris & caſta, quæ corpus & animã habes mundam & immaculatã: iuſtum aũt eſt, me luxurioſam, à tua puriſſima caſtitatis munditia abominari & proijci. Tamen, quoniam, vt audiui, ob hoc factus eſt Deus homo, quam ipſa digna genuiſti, vt peccatores vocaret ad pœnitentiam, adiuua me ſolitariam & nullum habentem adiutorium. Præcipe, & mihi licentiam tribue ingrediendi in Eccleſiæ patefactum aditum. Non efficiar aliena à viſione precioſiſſimi ligni, in quo affixus Deus homo, quẽ concipiens ipſa virgo genuiſti, qui proprium ſanguinem dedit pro mea liberatione. Iube ô Domina mihi indignæ ob diuinæ Crucis exaltationem, ianuam patefieri, & te, ex te genito Chriſto digniſſimam de fideiuſſorem, quia nunquam vltra carnem meam coinquinabo, per horrida commixtionum ludibria: ſed mox vt filij tui virgo, me lignũ adorare conceſſeris,

renuntiabo ſæculo, & omnibus qu
ſunt ſæculi, & vadam vbi præceperi
ac demonſtraueris ſalutis viam, qui
tu pro me fidem dixiſti. Hæc dum ora
ret, noua quadam, de B. Virginis pa
trocinio, concepta fiducia, introit
tentauit, quem & facilem reperi
viuificumque ſanctæ Crucis lignu
cum cæteris nemine iam repeller
te adorauit. Peracta adoratione ru
ſus ad priorē B. Virginis imagine
ſe contulit, ei pro tanto benefici
gratias egit, & vt pollicitationi ſu
ſatisfaceret, eam ſupplex depreca
eſt, vt locum in quo pœnitentia
ageret, ſibi monſtrare dignaretu
Quod dum facit, vox ad eam delap
eſt, dicens: *Si Iordanem tranſieris r*
quiem inuenies. Qua voce accept
confeſtim ad iter ſe accinxit, Iord
nem petijt, ibíque generali peccato
rum ſuorum confeſſione peracta,
ſacramento Corporis & Sanguin
Chriſti refecta, Iordane tranſmiſſ
horridam ſolitudinē ingreſſa eſt,
qua integris quadraginta ſeptem a
nis, aſperrimam egit pœnitentia
pi

Digitized by Google

primis ſeptendecim annis ingentes luctus, & certamina, cum prauis cupiditatibus ſuis geſſit, ſed quotieſcunque ab illis impugnabatur, ad B. Virginem, quam fideiuſſorem ſuam conſtituerat, confugiebat, atque illius ope de omnibus inimici tentationibus triumphauit: cuius etiam beneficio gratias, dona ſublimia, viſitationes & cõſolationes cœleſtes, atque donum altiſſimæ contemplationis, in qua corpus eius ſimul in aëra eleuabatur, & ſicuti Sol reſplendebat, adepta fuit.

S. Elzearius Comes Arriani, quem ſupra diximus, deuotiſſimum fuiſſe erga Paſſionem Dominicam, ſingularis quoque cultor fuit Beatiſſ. Virginis: hanc in ſpecialem patronam & aduocatã apud Deum ſibi aſſumpſit, huic quotidie pias aliquot oratiunculas, & opera miſericordiæ in pauperes & infirmos, ieiunia etiam & alias pœnitentiæ actiones offerebat, quibus eius patrocinium ſibi demereretur. Ad orationem mentis, & diuinarum rerum conſiderationem *Surius in Septemb.*

acceſſurus, conſiderata prius ſui v
litate atque indignitate, adeoq́ue
ſeipſo diffidens, Beatiſſ. Virgini
humillimè commendabat, orans a
que obſecrans, vt ipſa ſibi, ea qu
filio grata eſſent, ſuggereret, que
etiam in finem recitabat ſingula
cum deuotione ſalutationem Ang
licam. Atque ſic præparatus med
tationem auſpicabatur: faſſus e
autem confeſſario ſuo, nunquam
bi ſic præparato, defuiſſe noua
nouam materiam rerũ diuinarun
quam contemplaretur, etiam cu
eximio cæleſtium rerum guſtu: Ip
verò per hoc ſacrum orationis me
talis exercitium, quod etiam int
medias mundi vanitates exiſten
diligenter exequi ſtudebat, mult
eximias virtutes, & inſignem vi
ſanctimoniam aſſecutus eſt.

Diſcamus ex his & alijs ſimilib
Sanctorũ exemplis, implorare qu
tidie Beatiſſ. Virginis opem, cum h
ius Roſarij frequenti vſu: omni ho
cor ad ipſam erigere, illiuſq; patr
cinium, in omnibus quæ agimus d

poſc

poſcere: nec in eo ſimus negligentes, aut propter alias minores occupationes, hanc quæ maximi momenti eſt, dimittamus.

S. Edmundus, vti in vita eius refertur, quotidie pias aliquot preces B. Virgini offerre conſueuerat, quas cum die quodam, propter ſtudiorũ occupationes intermiſiſſet, eadem nocte apparuit ei S. Ioannes Euangeliſta, de intermiſſo pietatis officio ipſum ſeuerè arguens, atq; ne deinceps id faceret monens, ſupplicium etiam cõminans, ſi monitis ſuis non pareret. *Surius in vita eius.*

Imploremus igitur ſine ceſſatione dulciſſimæ huius matris ac Dominæ noſtræ auxiliũ, & demus operam, vt eam inuocantes, de peccatis noſtris conteramur, cum firmo emendationis propoſito, ne illa gratiam illius impetrandam, nobis impedimento ſint: adeamus illam denique magna cum fiducia, certò ſperantes, quod per ipſam optatum auxiliũ conſecuturi ſimus. Cum Petrus Hungariæ Rex magnis premeretur

Berno Abbas in epiſt. ad Petrum Hungariæ regem.

afflictionibus, S. Berno Abbas Augienſis, ad eum Epiſtolam quandã, quæ in operibus eius extat, miſit, in qua eum his verbis, ad idem B. Virginis patrocinium implorandum adhortatur. Colloca te ſæpenumerò, ad pedes ſacratiſſimæ Virginis, & corde contrito & humiliato patrocinium & opem illius implora, & certus eſto, quod, ſi exercitium hoc continuaueris, ab omni anguſtia citò liberandus ſis: Si enim DEVS pauperum & humilium preces audit, quãtò magis Beatiſſ. Matris ſuæ preces admittet.

DE TERTIO MEDIO, QVO Beatiſſ. Virgo colitur, videlicet, Imitatione.

PARAG. XI.

TERTIVM illud & vltimum, inter ea, in quibus B. Virginis cultus conſiſtit, nempè Imitationem, vt quoq; perficiamus. Conſideranda nobis eſt magna cum animi attentione ac diligentia, puriſſima

ma vita ipſius, & mores diuini, dandaq; nobis opera, vt eam in his imitemur.

Præcipuum quidem exemplar, quod nobis imitatione exprimendum eſt, Chriſtus Dominus eſt: De quo DEVS Pater ait: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Sed & Chriſtus ipſe vult ac præcipit, vt veſtigia ſua imitemur, ſibique per omnia pareamus, quod ſignificauit apud Ioannem cùm ait. *Exemplum dedi vobis vt & vos ita faciatis.* Et apud Matthæũ. *Qui nõ ſequitur me non eſt me dignus.* Sequi autem illum nihil aliud eſt, quam verbis illius fidem accommodare, & vitam illius imitatione exprimere. Ex hoc perfectiſſimo exemplari Chriſti, alia quædam ad imitationem illius facta, tranſumpta ſunt, qualia ſunt vitæ Sanctorum, ac proinde Sanctos imitari, eſt, Chriſtũ ipſum imitari, quemadmodũ S. Paulus his verbis ſignificauit. *Eſtote*, inquit, imitatores mei ſicut & ego Chriſti. Inter ea verò nullum perfectius

Præcipuũ exemplar cui vitam noſtram cõformare debemus Chriſtus eſt.

Matt. 17.

Ioan. 13.

Matt. 10.

Epheſ. 2.

Poſt Chriſtum nullum exẽplar perfectius quam B. Virgo Maria.

Sophron. in ſerm. de Aſſumption.

ctius, & quod primum Chriſti exemplar exactius repræſentet, quam vita ſanctiſſimę Virginis MARIAE, quæ ipſum concepit, genuit, educauit: quare hoc exẽplar maiori cum diligẽtia, quam aliorum Sanctorum nobis imitandum erit. CHRISTVS enim (vti S. Sophronius ait,) in cælos aſcendens, reliquit nobis B. Virginem, vt illa eſſet exemplum perfectionis hominibus, illis maximè, qui Reſurrectionis ſuæ teſtes futuri erant, cũ quibus illa conuerſata fuit. Quare exemplar hoc diligentius, quam cæterorum Sanctorum, nobis erit inſpiciẽdum, vt ſic Chriſto Domino noſtro perfectè cõformemur: neq; id nobis impoſſibile videri debet: non enim exigitur à nobis, vt ei in virtutibus omninò ſimus ęquales, ſed vt eam, quiſque, ſecundum talentum quod à DEO accepit, imitetur, quod & ipſa ſecũdum incomparabilem gratiam, à Deo ſibi collatam, præſtitit.

De gemma inſignem ſplendorem de ſe emittente, dicere ſolemus, eam

ſolis

ſolis inſtar lucere, quamuis ab illius ſplendore multis partibus abſit: ita & de hominibus iuſtis, qui cum diuina gratia, Chriſtum & Beatiſſ. Virginem pro viribus imitari ſtudent, dicimus, eos Chriſtum & B. Virginē in vita & moribus imitari, quamuis cum eis æquipararari neutiquam poſſint.

Imitatio hæc Beatæ Virginis præter perfectam diuinæ legis, quam coniunctam habet, adimpletionem, eſt eorum, quæ pro illius cultu facere poſſumus, maximum & vtiliſſimum. Cùm enim illa ſummè cupiat & deſideret, diuinam voluntatem in omnibus reb⁹ à nobis perfici, & gloriam Dei quæri, dum videt, nos à ſanctiſſimis ſuis exemplis, ad hoc faciēdum moueri & incitari, magnam ex eo percipit voluptatem, & eximijs propterea nos cumulat gratijs, ſublimiaque dona à filio nobis impetrat.

Primum miraculum quod Chriſtus edidit, aquæ in vinum fuit conuerſio, vt ſic neceſſitati nuptiarum

quæ in Cana Galileæ celebrabātur
quibus cum diſcipulis ſuis intere
rat,prouideret;hoc autem ad B.Vir
ginis,neceſſitatem illam ſibi propo
nentis, & tacitè quaſi medelam po
ſtulantis,inſtantiam fecit; vt autem
Chriſtus miraculum patraret, & B
Virgo id impetraret,eadem B.Virg
miniſtris præcepit, vt omnia qua
cunq; filius fieri iuberet, ſtatim per
ficerent: quod & fecerunt, hydria
iuxta illius iuſſionem,aqua implen
do, ſicq; editum fuit miraculum. I
quo miraculo hoc nobis myſterium
manifeſtatur: Beatiſſ. videlicet Vi
ginis officium eſſe noſtras neceſſita
tes filio offerre,earumque medelam
poſtulare: Et Chriſti hanc eſſe vo
luntatē, vt per interceſſionem glo
rioſæ Matris ſuæ donorū cæleſtium
participes reddamur: medium au
tem principale ad hoc conſequen
dum eſſe, vt nos qui egentes ſumus
imitemur, eam in adimplenda diui
na voluntate, quemadmodum ipſ
illam adimpleuit.

Confirmauit hoc DEVS, dum pri
man

mam ſanctificationem, quam poſt ſui Incarnationem peregit, eam nimirum qua S. Ioannem Baptiſtam in vtero ſanctificauit, per Beatiſ. Virginem, in cui' vtero geſtabatur, & per verba, quibus S. Elizabetham ſalutauit, perfecit, quemadmodum Elizabeth his verbis confitetur. *Ecce*, ait, *vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Vt indicaret, quod per ſalutationem quam Beatiſſ. Virgo pronunciarat, & per ipſam, DEVS incarnatus, ſanctificaſſet filium & matrem, quæ ex abundantia filij, quem vtero ferebat, particeps etiam effecta fuit Spiritus ſancti. Præterea primum miraculum, quod DEVS fecit, vti paulò antè diximus, per illam edidit, vt nulla nobis dubietas remaneret, per Beatiſſ. hanc Virginem omnia bona animæ & corporis, quatenus videlicet illa ſalutem noſtram promouent, nos eſſe obtenturos.

Hanc admirandam verborum B. Virginis virtutem, notat S. Bonauen-

 tura,

Bonauen. in med. cap. 6. tura, cùm ait: Conſiderate diligenter quam magna virtus & efficacia inſit verbis Dominæ mundi, ad quarum ſolam prolutionem confertur Spiritus ſanctus. O quam certum haberemus noſtram medelam: quam locupletes eſſemus bonis gratiæ ac gloriæ, quam perfectè adimplerentur omnia noſtra bona deſideria, ſi conuenientibus medijs Beatam Virginem vnicè veneraremur ac coleremus: ipſa enim vti Sanctus Fulgentius ait, eſt ſcala cæli, quia per illam DEVS de cælis in terram deſcendit, vt per illam homines à terra in cælum aſcendere mererentur, illa pro nobis interueniente, ac noſtrum patrocinium ſuſcipiente. *Fulgent. in ſerm. de laud. Miſſæ.*

Ex tribus his, in quibus potiſſimum vera deuotio & cultus B. Virginis conſiſtit, manifeſtè liquet Roſarij huius vtilitas & excellentia, quandoquidem tria hæc illius vſu adimplemus.

Exhibemus enim in eo B. Virgini reuerentiam, intrinſecus in animo,

mo, cum fide actuali concipiendo, quod ipſa ſit mater DEI, ipſam pro tali æſtimando, ad nominis eius pronunciationẽ reuerẽter inclinando: illud frequẽter cum eximio affectu, & veneratione proferẽdo, imagines ipſam repræſentantes adorando, & Roſarium coram illis recitando.

Roſarium tria illa ad cultum & venerationem B. Virginis facientia cõplectitur.

Exercemus præterea inuocationem, implorando ipſius auxilium & interceſſionem, excellentiſſimis quæ extant orationibus. Duobus enim modis auxilium ſancti alicuius petitur, vel orationem ad Deum dirigendo, illumque obſecrando, vt per ſancti illius preces & merita, ea quæ poſtulamus, nobis tribuat: vel orationem ad ipſummet Sanctum dirigendo, & rogando vt pro nobis apud DEVM velit intercedere: vtroque orandi modo in Roſario Beatæ Virginis vtitur Eccleſia. In eo enim orationem Dominicam recitamus, quæ omnium orationum excellentiſſima eſt, à CHRISTO æterna ſapientia, immediatè confecta, quæ admiran-

da cum breuitate, omnia ſancta & vtilia, quæ homo petere ac deſiderare poſſit, complectitur, quam dum ad DEVM dirigimus cum intentione ac deſiderio, vt illa, quæ in ea petimus per B. Virginis interceſſionem, cui Roſarium hoc offerimus, nobis concedat, auxilium B. Virginis, orationem ad DEVM dirigendo poſcimus.

Recitamus etiam ſalutationem Angelicam, quæ inter orationes ad B. Virginem directas digniſſima & excellẽtiſſima, ac B. Virgini gratiſſima eſt; quia partim per Archangelum Gabrielem dictante Spiritu ſancto, partim ab Eccleſia quæ ab ſancto Spiritu regitur & illuminatur, compoſita fuit: Quam ſpecialiter ad Beat. Virginem dirigimus, ſimul cum alijs orationib⁹ in Roſario contentis, quæ eximiæ ſunt ſuauitatis ac deuotionis, quia per illas petimus, vt filium ſuum dulciſſimum nobis reddat propitium, & gratiam nobis obtineat, quo illi in hac vita placere, & in altera ip-

ſum

ſum cum eadem Beatiſſ. Virgine, in cælesti gloria contemplari, ac ipſo in omne æuum perfrui valeamus. Quod vt conſequi mereamur, proponimus & offerimus ei myſterium, quod CHRISTVS pro nobis operatus eſt.

Trahimus denique ex Roſarij huius vſu B. Virginis imitationẽ: quia myſteria hæc contemplando dignitatem, & virtutes ſanctiſſimas Beatiſſ. Virginis in hiſce myſterijs relucentes conſideramus, ſicque ad puriſſimæ vitæ ipſius imitationem accendimur.

Quia verò imitatio hæc præcipuum eſt quo Beatam Virginem colimus & veneramur, quo etiam nos illi verè deuotos eſſe teſtificamur: & quia eadem imitatio res maximi ponderis, atque animabus noſtris valdè vtilis & proficua eſt, faciemus tractatum ſpecialem de Beatiſſ. Virginis imitatione, in quo declarabimus, iuxta noſtram captiuitatem ac poſſibili-

Editus eſt libellus hic de B. Virginis imitatione, latina lingua, apud Mylium.

bili-

bilitatem, ſummæ cælorum Regi-
næ virtutes, in his myſterijs & in to-
ta hiſtoria Euangelica maximè re-
ſplendentes, vt melius & maio-
ri cum facilitate, in hac imita-
tione nos exercere va-
leamus.

FINIS.

Digitized by Google

ROSARIA ALIQVOT VALDE PIA IN VITAM ET PASSIONEM SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI ſacratiſsimæque Matris eius.

EX OPERIBVS R. P. IOAN. IVSTI LANSPERGII *deſumpta.*

COLONIAE,
Sumptibus Ioannis Kinckes.
ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google

eſt) prius illud minimè placeret, eius guſtui, vel vnum ſaltem ex his poſtremis probaretur. Deſumpſi autem ea ex operibus R. P. Ioannis Iuſti LANSPERGII, viri non minus pietate ac vitæ ſanctimonia, quam eruditione clari. Quod tibi, pie Lector, non ingratum fore confido. Vale & fruere, noſtroſque conatus pijs apud DEVM precibus adiuua. Ex noſtra Typographia Cal. Septemb. Anno Dom. 1608.

VER-

Digitized by Google

EXERCITIVM VITAE ET PASSIONIS IESV CHRISTI, AD MODVM ROSArij quinquaginta articulis, & totidem oratiunculis diſtinctum.

AD VVLNVS DEXTRI PEDIS, Precatio.

AMabiliſſime atque dulciſſime Domine IESV Chriſte, ſit tibi laus, honor & gloria pro vulnere & dolore dexteri pedis tui.

In hoc ſacroſanctum vulnus depono atque cōmendo tibi omnia peccata mea, vitia, paſſiones, atq; omnem prorſus ingratitudinem, infirmitatem, vtilitatem atque nihileitatem meam, obſecrans te per immenſam bonitatem tuam, vt omnia hæc per gratiam tuam in me deleas, atque purifices ac ſanes. Quicquid etiam in me tibi diſplicet, à me tollat: quicquid tibi placet, mihi infundas, & in gratia tua ab omni peccato me perpetuo liberum facias, præmunias, dirigas atque cuſtodias, Amen. *Pater noſter.*

Digitized by Google

offerret, dedicaret ac perpetuam virginitatem voueret.

Eia dulciſſime Ieſu, da mihi mentis & corporis perfectiſſimam caſtitatem, cordiſque feruētiſſimam deuotionem, ſimplicitatem, puritatem ac ſtabilitatem, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui virgineo Ioſeph pudiciſſimā virginem Mariam voluiſti deſponſari, & vtrunque in integritate immaculatum conſeruari.

O vtinam mundum cum vniuerſis vitijs & concupiſcentijs ſuperem & contemnam, & tibi ardentiſſimo ſynceriſſimoque amore ſemper inhæream, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui dignatus es ſanctiſſimam virginem Mariam per Angelum ſalutare, Spiritu ſancto fœcundare, atque in vtero eius incarnari.

Dulciſſime Ieſu, vtinam facias cor meum ita ab omni peccato & vitio liberum,

rum, vt tibi ſit iuge ac perpetuum ha-
taculum, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, la-
do, benedico te, & gratias ago tibi, qu
dignatus es nouē menſibus in vtero v
ginis geſtari, & à præcurſore necdu
nato cognoſci ac prophetari.

Vtinam cor meum caſtiſſimo amo
tui ſic vulneres, vt omnia mundana fa
diat, & te habitatorem ac poſſeſſor
indeſinenter ſitiat, Amen. *Aue Maria*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, la
do, benedico te, & gratias ago tibi, que
ſine dolore genuit virgo inuiolata, ca
hoſpitio & peregrina.

Eia dulciſſime Ieſu, vtinam cor me
repleas ſemper gratia veræ ac perfec
contritionis, vt tibi eſſe merear filius
ternæ adoptionis, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, la
do, benedico te, & gratias ago tibi, c
in paupertate & frigore in præſepio p
ſitus, ab Angelis es laudatus, & à paſto
bus adoratus.

Fac vt in ſeruitio tuo nunquam tep
cam, & à laude tua nunquam deficia
Amen. *Aue Maria.*

O D

Digitized by Google

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui circunciſi dignatus ac vulnerari, & pro conſolatione noſtra IESVS nominari.

Vtinam per ſanguinis tui effuſionem merear totus purificari, & ab omni effuſione ac culpa perpetuo præſeruari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui à tribus magis quæſitus, adoratus & muneribus es honoratus.

Eia dulciſſime Ieſu, da mihi vt meipſum totũ ſemper tibi reſignem ac offerã, omnes vires ac totum ipſum quod ſum, ac poſſum, omni tempore in laudẽ, amorem ac beneplacitum tuum expendam, Amen. *Aue Maria.*

AD VVLNVS SINISTRI PEdis, Precatio.

AMabiliſſime atque dulciſſime IESV, ſit tibi laus, honor & gloria ꝓ vulnere & dolore ſiniſtri pedis.

In hoc vulnus repone omnes negligentias meas, omnia debita, omneſque obligationes meas, rogans vt illa tu ſuppleas,

pleas, tu me iuſtifices, impleas & confirmes gratia tua æterna, in qua creſcam, & quam nũquam amittere valeam, Amen. *Pater noſter.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, quod in templum offerri, & cum puriſſima virgine matre tua legi ſubdi voluiſti.

Ah dulciſſime Ieſu, da mihi perfectiſſimam humilitatem, qua deteſter omnem ſeculi gloriam, omnem honorem fugiam, & omni homini propter te deuote me ſubijciam atq; obediam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui Herodis perſecutionem, fugam, exiliumque cum matre in infantia tua pertuliſti.

Fac me deſideranter æquanimiterque omnem aduerſitatem ſuſtinere, & in omni preſſura tibi fideliter adhærere, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo benedico te, & gratias ago tibi, qui in templum remanens, à matre quæſitus, & poſt triduum es inuentus.

Bia

Digitized by Google

Eia dulciſſime Ieſu, vtinam toto corde, ardentiſſimoq́ue deſiderio, te æſtuanter ſitiam, indeſinenter quæram, ita feliciter inueniam, vt te nunquam amittere valeam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui triginta annis cum matre incognitus latuiſti, & fabri filius æſtimari voluiſti.

Vtinam gratia tua in me omnem extirpet arrogantiam, omnem occidat ſuperbiam, vt non videri aut gloriari, ſed neſciri diligam, ac vilis reputari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui propter nos in Iordane dignatus es baptizari, & à patre cœlitus monſtrari.

Da mihi per iuges lachrymas ab omnibus peccatis, & vitijs mundari, vt tui amore deſiderioq́ue cœleſtis vię ſemper totuſq́ue merear inebriari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui in deſerto abſtinens, dignatus es à diabolo tentari.

Eia dulciſſime Ieſu, protege me gratia tua, & fac me cunctas diaboli inſidias euadere, omniaq́; tentamenta in tua virtute ſuperare, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui pro animarum ſalute, orationibus, vigilijs, itineribus, prædicationibuſq́; continuis es fatigatus.

Da mihi vt honorem tuum, & animarum ſalutem feruenter ſitiam, & pro his corpus meum, & omnia deſiderãter impendam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui nuptias tua præſentia atque miraculo primo honoraſti, cunctiſque egentibus ac infirmis curationum beneficia erogaſti.

Da mihi cor pietate, compaſſione & omni miſericordia plenum, quo omnibus hominib9, & præcipuè inimicis impendam perfectiſſimæ dilectionis beneficia & affectum, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi pro benigniſſima familiaritate, quam Mariæ Magda-

Digitized by Google

Magdalenæ, Zachæo, Matthæo, mulieri in adulterio deprehenſæ, cæteriſque pœnitentibus totus pius ac miſericors exhibuiſti.

Da mihi gratiam profundiſſimæ humilitatis, perfectiſſimæ mititatis, benignitatis & charitatis, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, ac gratias ago tibi, qui inter laudes & honores ſuper Hieruſalem fleuiſti.

Eia dulciſſime Ieſu, infunde mihi perfectè charitatis zelum, vt tui contemptum & irreuerentiam vbique deteſter ac horream, pro quocunque peccato ex toto corde doleam, cuiuſcunque etiam proximi mala, vt propria ſentiam, Amen. *Aue Maria.*

AD VVLNVS DEXTRAE manus, Precatio.

AMabiliſſime atque dulciſſime IESV, ſit tibi laus, honor & gloria pro vulnere & dolore dextræ manus tuæ.

In hoc vulnus repono atq; commendo tibi omnes actus & conatus meos,

& quicquid gratia tua in me aut per me factum eſt, vt tu ea cuſtodias, ſanctifices & perficias ad laudem & gloriam nominis tui, Amen. *Pater noſter.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui Iudæis te perſequentibus, & in mortem tuam conſpirantibus, à diſcipulo es venditus.

Ah dulcis Ieſu, da mihi, vt & mala & bona omnia de manu tua ſuſcipiam, inter omnia gratias agã, pro ſingulis ſemper te plus diligam, & ad omnes homines pacem, tranquillitatem cordis ac charitatem retineam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, ac gratias ago tibi, qui relicta matre, Hieroſolymis paſcha cum diſcipulis comediſti, & illorum pedes humillime lauiſti.

Vtinam cuncta pro tui amore libenter relinquam, omnibus te præferam, in omnibus & ſuper omnia te diligam, & me omnibus in obſequium propter te gaudenter ſubijciam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ſacra-

ſacramentum Euchariſtiæ inſtituens diſcipulis tradidiſti, & nobis idipſum reliquiſti.

Eia dulciſſime Ieſu, accende cor meũ ad eſuriem huius venerabilis Sacramenti, vt ardentiſſimo deſiderio, caſtiſſimo affectu, humilitate, reuerentia, deuotioneque ſynceriſſima frequentem illud, quando, quotieſque dignationi tuæ placuerit, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ad patiendum deſiderantiſſimus, ſimulque triſtis ac pauidus, ter orando patri te reſignaſti, & in agone poſitus ſanguinem ſudaſti.

Ah vtinam facias, vt in omni aduerſitate, ac tentatione ad te ſemper accurram, in omni aduerſitate ac tentatione ad te ſemper recurram, in te ſolo confidam, meipſum relinquam, & tibi ſoli credam, offeram & reſignem, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ab hoſtibus captus ligabaris, cædebaris, blaſphemabaris, impieque tractabaris.

Vtinam facias me à vitijs omnibus liberum, & in tui amore captiuum, vt mihi deſiderantiſſimum fiat deſpici, iniuriaſque ac contumelias pati, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ductus ad Annam, patienter à ſeruo alapam tuliſti.

Da mihi vt odientes me diligam, pro malis bona retribuam, & dulcedinis ac benignitatis affectum ad omnes effundam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui in domo Caiphę, iniquos teſtes accuſantium toleraſti, & Petrum ter negantem te, miſericorditer reſpiciens, ad pœnitentiæ fletum reuocaſti.

Eia miſericordiſſime Ieſu, da mihi vt peccata mea, ingratitudinem quoque & negligentias meas perfectè lugeam, & ex toto corde tibi placere ſtudeã, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui damnatus, conſputus, cæſus, velatuſque

que, & alia cõplura indigna ſuſtinuiſti.

Vtinam tui amor tantus in me ferueat, vt odiam reputari aut honorari, deſiderem verò & ex corde gaudeam neſciri, deſpici ac pati, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui coram Pilato iniuſtè accuſatus humiliter tacuiſti.

Ah pie IESV, pone linguæ meæ frænum ad timorem tui, quo ab omni etiam otioſo ſermone abſtineam, & in omnem humiliationem meipſum vltro ac deſideranter offeram, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ab Herode deſpectus ac deriſoria veſte es illuſus, inter opprobria quoque ſubſannatus, & ſic ad Pilatum reductus.

Eia dulciſſime Ieſu, da mihi vt de omnibus hominibus bene ſentiam, neminem iudicem aut ſpernam, cunctos mihi præferam, & de me ſemper vilius ſentiam, Amen. *Aue Maria.*

AD VVLNVS SINISTRAE manus, Precatio.

AMabiliſſime atque dulciſſime IESV ſit tibi laus, honor & gloria pro vulnere & dolore ſiniſtræ manus tuæ.

In hoc vulnus offero tibi, ac iterum commendo omnia dona, beneficia, gratias, & quicquid mihi ingrato ac miſero contuliſti. Rogo autem tuam miſericordiam per ſingulas guttas ſanguineas, quæ inde fluxerunt, vt ea omnia mihi conſerues, confirmes, perficias, augeaſque ad gloriam nominis tui, vt indies in me creſcant humilitas & charitas, ſecundùm beneplacitum tuum, Amen. *Pater noſter.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui propter me dignatus es nudari, ad colũnam ligari, toto corpore flagellari, vulnerari ac cruentari.

Da mihi nunc flagella tua tam patienter tamq; deſideranter ſuſtinere, vt tuis pœnis ac meritis purgatus, poſt huius vitæ egreſſum ilico merear tecum gaudere,

Digitized by Google

dere, vbi tibi placeam, te laudem, te diligam in æternum, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui coronā ſpineam vertici tuo impreſſam, ſubſannationesq́; & illuſiones, alaphas quoque ac ſputa propter me pertuliſti.

Dulcis Ieſu imprime cordi meo iugem paſſionis tuæ memoriam, quæ mentem meam indeſinenter compungat, vulneret, atque totam liquefaciens, in tui amore abſorbeat, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui licet totus miſerabilis, vulneribus & doloribus plenus, productus, ac populo es monſtratus. Inuidia tamen Iudæorum clamans poſtulauit te crucifigi, & Barrabam vita donari.

Ah dulciſſime Ieſu, omnē ſuperbiam & omnem gloriæ appetitum, inuidiam cunctaque vitia in me mortifica & extingue, & fac vt verè ſim compatiens, verè humilis ac mitis corde. O paſſio nobiliſſima ſaluatoris mei, vulnera animam meam: ô precioſiſſima vulnera amatoris

mei, inebriate mentem meam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi qui innocenter pro me ante tribunal ſtans, paſſus es, te ad mortem damnari, & in gaudium hoſtibus fieri.

Per hanc charitatem tuam obſecro te Deus meus, da mihi gratiã nunquam obloquendi, nunquã detrahendi, nunquam proximum iudicandi, dãnandi aut ſpernẽdi, & ad hæc etiã alijs nunquã auſcultandi, aut cõſentiendi, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi pro ſingulis doloribus atq; gemitibus, quando inter multa opprobria & verbera baiulãs crucem tuam, in oculis matris tuę ſub onere corruiſti.

Da mihi mitiſſime Ieſu, crucem propriæ abnegationis, & mortificationis feruẽtiſſima deuotione amplecti, & veſtigia virtutum tuarum charitate perfectiſſima imitari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, cuius omnia membra extractione veſtium nu-
...daban-

dabantur, doloresque & vulnera renouabantur.

Vtinam facias cor meum ab omni inutili cogitatione, ab omni impura affectione, ab omnib⁹ deniq; viſibilium rerũ formis perfectè nudari, vt iugi viſionis tui præſentia merear indies renouari, tuiq; amore feruẽtiſſimo totus abſorberi atque cremari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui ſuper crucẽ dirè es extenſus & clauis affixus, non habens ſpeciẽ neq; decorem, ſed ſicut leproſus & à Deo percuſſus.

Da mihi vt nihil ſim in oculis meis, ſed meipſum ſemper deſpiciam, ad maiora & meliora extendam, & omnes vires animæ & corporis mei, in amorem & beneplacitum tuum expẽdam, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui inter latrones poſitus, exprobrantium blaſphemias æquanimiter pertuliſti, & pro inimicis orans, latroni pœnitenti paradiſum promiſiſti.

Da mihi perfectiſſimè omnia vitia in

me

me mortificare, omnia aduerſa mitiſſime tolerare, & æſtuantiſſimo deſiderio ad te veram paradiſum continuè aſpirare, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi pro dolore, quo cor tuum ſcindebatur, quãdo matrem tuam fideliſſimam condolentiſſimamque aſtantem diſcipulo tuo Ioanni commendabas.

Eia dulciſſime Ieſu, da mihi in eius veneratione & amore ſic affici & occupari, vt ab ea tanquam à matre merear ſemper protegi, foueri & gubernari, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui inter acerbiſſimos pœnarum cruciatus clamabas te derelictum, quando etiam æſtuantiſſima ſiti tortus, non habuiſti aquæ guttam, ſed fel & acetum.

Ah dulciſſime Ieſu, fac vt in omni tentatione ac preſſura ad te confugiam, ad te ſitiam & eſuriam, ac mundana omnia faſtidiam, Amen. *Aue Maria.*

A D

AD VVLNVS CORDIS IESV. *Precatio.*

AMabiliſſime atque dulciſſime IESV, pro vulnere cordis tui ſit tibi laus, honor & gloria.

In hoc vulnus offero, committo atque reſigno tibi cor meum, omnes potentias, vires, intenſiones & affectiones meas: rogans te per effuſionem Sanguinis tui, & aquæ, vt me tu ſolus poſſideas & regas, igneq́ue vehementiſſimi amoris tui cõſumas, abſorbeas & tibi vnias, Amen. *Pater noſter.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi pro innocentiſſima amariſſimaq; morte tua, videlicet pro doloroſa ſeparatione ſanctiſſimæ animæ tuæ, à nobiliſſimo corpore tuo.

Eia Deus meus, ſaluator meus, ſpes mea, & corona mea, da mihi vt vitijs & concupiſcentijs omnibus, omniq́ue priuato ac inordinato amori perfectè moriar, tibi verò ſoli viuam, & æternaliter inhæream, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, be-

do, benedico te, & gratias ago tibi pro amoroſo vulnere illo, quo cor tuũ trãſfixum, ſanguinem nobis propinauit & aquam.

Eia, vulnera quæſo cor meum lancea amoris tui, vt aliud neque cogitem, neq; deſiderem, quam te Dominum Deum meum pro me crucifixum. Nihil mihi placeat, nihil me afficiat, niſi tu Deus meus, gaudium meum, vita mea, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi pro flebili depoſitione corporis tui de cruce, & pro lamẽtabili planctu matris tuæ & amicorum tuorum.

O vtinam paſſionis tuæ memoria omnes ſenſus meos repleat, & me totum abſorbeat, vt aliud non videam, aliud non ſentiam, aliud neſciã, quam te Dominum meum pro me crucifixũ & mortuum, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui voluiſti ſindone inuolui, & alieno ſepulchro recondi.

Vtinam cor meũ, ſenſus & vires meas

omnes

omnes in te ſepelias, per amorem tibi vnias, & velut inſenſibilem ac ſtupidum, ad omnia quæ à te ſunt alia, me reddas, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui dignatus es ad inferna deſcendere, & captiuos patres liberare.

Eia dulciſſime Ieſu, deſcendat nunc quoque paſſionis & ſanguinis tui virtus in purgatorium, & det animabus cunctis refrigerium, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui reſurgens à morte, primo matri, deinde Mariæ Magdalenæ, & Apoſtolis glorioſus apparuiſti.

O dulciſſime IESV, da mihi vitijs, paſſionibus ac inordinatis motibus omnib9 perfectè mori, tibi viuere, tibi placere, & ſola cæleſtia ſapere & deſiderare, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui iubilantibus Angelis & patribus comitantibus, aſcendiſti in cælum.

Vti-

Vtinam ſemper mens mea tui amore langueat, mundana vniuerſa faſtidiat, te ſolum ardenter eſuriat ac ſitiat: nihil me afficiat, nihil me delectet, nihil me lætificet, niſi tu Domine Deus meus, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui Spiritum ſanctum dediſti, & diſcipulos ad mundi conuerſionem miſiſti.

Da mihi ſimpliciſſimā puritatem cordis, iugemq́ue ſtabilitatem mentis. Da mihi ardentiſſimam, fideliſſimam, perpetuamq́ue charitatem, vt Spiritus ſanctus me impleat, regat ac poſſideat, & vberioribus donis gratiæ ſuæ dignum me efficiat, Amen. *Aue Maria.*

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui matrem tuā in corpore & anima aſſumptam glorificaſti, & potentiſſimam miſericordiſſimamq́ue nobis donaſti.

Da mihi per eius merita tuā gratiam, & in omni bono perſeuerantiam, vt in ſeruitio tuo nunquam deficiam, & per indiſcretionem nunquam excedam, Amen. *Aue Maria.*

O Do-

O Domine Ieſu Chriſte, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, qui iudex es venturus, & vnicuique ſecundùm ſua opera ſuppliciũ aut præmium redditurus.

Eia miſericordiſſime Ieſu, da mihi omnem vitam meam ſecundùm beneplacitum tuum, ita conſummare, vt anima mea de corpore egrediẽs, immediatè ad te creatorem ſuum tui amantiſſima redeat, vbi ſine fine in gloria tua cum omnibus Sanctis te collaudet, & benedicat, Amen.

Si quiſpiam alijs occupationibus præpeditus, articulos hos, quomodo ſuprà ſcripti ſunt, cum orationibus legere meditatiuè nequiuerit, poteſt lecturus Roſarium, poſt quinq; aut decem ſalutationes angelicas (omiſſis ſuperioribus) orationem, quæ ſequitur, ſemper inſerere.

AVe benigniſſime IESV Chriſte, cum omnibus Sanctis & electis tuis, gratia plenus, miſericordia tecum, benedicta ſit amariſſima paſsio tua, triſtiſsima anima tua, pijſſimum cor tuum, omnia membra tua, opprobria, liuo-

liuores, vulnera & mors tua. Et benedictus dolor ac ſanguinis vulnerum tuorum.

Pro his itaque omnibus quæ paſſus es pro immenſa charitate tua, qua propter me paſſus es, adoro, laudo, benedico te, & gratias ago tibi, miſericordiſſime Domine Ieſu Chriſte. Obſecro etiam te per pijſſimum cor tuum, imple cor meum ardentiſſima, perfectiſſima, perpetuaq́ue charitate, vt meipſum verè cognoſcam & contemnam, contemnentes verò, & odientes me ex corde diligam. Dulcis IESV, da mihi vt nil me afficiat, nihil me delectet niſi tu. Te ſolum cogitem, te ſolum ſentiam, & tibi ſemper totus perfectiſſimęque placeam, Amen.

MODVS OFFERENDI *Roſarium.*

OFfero tibi clementiſſime IESV, nunc merita Beatiſſimæ Matris tuæ, omnium electorum tuorum, qui ſunt aut fuerint, ſiue erunt à primo vſque ad nouiſſimum, in vnione omniũ meritorũ (quæ infinita ſunt) [illegible] & paſ-

ſionis

Google

ſionis tuæ ab initio vſque ad finem: & in his omnibus amabiliſſime IESV, offero tibi etiam hoc Roſariolum pauperis peccatoris, vt propter & inter prædicta merita dignanter ſuper caput tuum, ſuſcipias pro ſpinea corona, quam tu pro me ſuſtinuiſti: ſimul & capiti glorioſiſſimæ matris tuæ pro tectulo virginali imponas.

O dulciſſime IESV, offeras hæc omnia, ſcilicet paſſionem tuam, &c. tuo patri omnipotenti, in eadem charitate & tam efficaciter, quomodo teipſum illi in ara Crucis obtuliſti pro ſalute totius mundi, vt in omnibus & per omnia, tua ſanctiſſima & laudabiliſſima voluntas fiat in vniuerſis creaturis tuis. Et ſpecialiter pro te, ſiue alijs quicquid volueris pete, ſemperque ſpecialiſſime defunctorum (quia ſunt amici Dei, & ipſorum eſt regnum cælorum) in purgatorio exiſtentium, memoriam habe, quia pro illis oratio facta, certum eſt quod vacua non reuertitur.

ROSARIVM VITAE ET paſsionis Ieſu Chriſti quinquaginta articulis, totidemq́ aſpirationibus diſtinctum, & in breue compendium redactum, pro iis quibus præcedens prolixiùs fortè videri poſsit.

PATER NOSTER.

CVncta creat. *Aue benigniſsime IESV*, Qui me creaſti & omnia. Heu me miſerum, quia me perdidi. Reformet me quæſo tua miſericordia. *Aue & tu ô glorioſiſsima Dei mater virgo Maria gratia plena, &c.*

Natam. *Aue benig.* Qui concipi, naſci, educarique feciſti matrem tuam ſine peccato. Heu quanta ſunt pie IESV peccata mea, quanta ingratitudo? *Aue & tu ô glorioſiſsima, &c.*

Præſentat. *Aue benig.* Cui in templum ſe MARIA obtulit deuotiſſima. Vtinam tibi perfectè ſeruiam in lachrymoſa pœnitentia. *Aue & tu glorioſiſsima.*

Spon-

Sponſa. *Aue benig.* Qui virginem Mariam ſponſo ſociaſti virgineo, vtinam cor meũ ſemper vulneret perfecta cordis contritio. *Aue & tu.*

Salutat. *Aue benig.* Qui incarnatus es in virginis vtero. Vtinam exuar, indieſque munder ab omni peccato. *Aue & tu ô glorioſiſs.*

Ad montana. *Aue benig.* Quo imprægnata mater ibat in montana. Vtinam cęleſtia ſitiens deteſter omnia vana. *Aue & tu ô glor.*

Parit. *Aue benig.* Quem virgo peperit ſine dolore. Vtinam adopter à te in filiũ ardentiſſimo caſtiſſimoque tui amore, *Aue & tu.*

Laudant. *Aue benig.* Quem viſitarunt paſtores Angelis laudantibus. Diligam & laudem te Deus meus, ex toto corde meo ſuper omnia, & in omnibus. *Aue & tu ô glorioſiſſima.*

Scindunt. *Aue benig.* Qui circumciſus fudiſti ſanguinem. Hunc offer quæſo patri pro nobis ad noſtri expiationem. *Aue & tu ô glorioſiſs.*

Veniunt tres. *Aue benig.* Cui reges tria obtulerũt munera. Vtinam omnes vires, [illegible] omneſ-

omneq́ue tempus vitæ meæ offeram & expendam in tua beneplacita. *Aue & tu ô glorioſiſſima, &c.*

PATER NOSTER.

SIſtitur. *Aue benig.* Quem virgo puriſſima ſiſtens redemit in templo. Vtinam tuæ ac matris humilitati confirmer exemplo. *Aue & tu ô glor.*

Ac fugiens. *Aue benig.* Qui cum matre Herodis fugiſti perſequutionẽ. Vtinam de manu tua ſuſcipiam feramq́ue æquanimiter omnem tribulationem. *Aue & tu ô glorioſiſſima.*

Ad feſta. *Aue benig.* Quem amiſſum mater quærit condolens. Vtinam te ſolum quæram, te pure intendam perfectè diligens. *Aue & tu.*

Latetq́ue. *Aue benig.* Qui mundo diu manebas incognitus. Vtinam humanam gloriam fugiẽs, eandem deteſter medullitus. *Aue & tu.*

Lauatur. *Aue benig.* Qui voluiſti baptizari. Vtinam ab omni peccato & vitio, totus in hac vita merear expurgari. *Aue & tu ô glor.*

Tentatus. *Aue benig.* Qui tentatus dæmonis

monis pertuliſti arrogantiam. Da mihi in omni tentatione victoriam. *Aue & tu ô glorioſiſſima.*

Docuit. *Aue benig.* Qui fatigatus es euangelizando. Vtinam pro te dura omnia libenter ſuſtineam, tuum honorem zelando. *Aue & tu.*

Curat. *Aue benig.* Qui ſanaſti languidos à quacunq; infirmitate. Fac vt omnẽ proximum diligam opere & veritate. *Aue & tu.*

Pius eſt. *Aue benig.* Qui peccatores recepiſti ad pœnitentiam. Vtinam cōpaſſionem omnibus impartiar & miſericordiam. *Aue & tu.*

Lachrymatur. *Aue benig.* Quem flentem plebs excepit cum pſalmis & laudibus. Vtinam tui honorem eſuriam & zeler in omnibus. *Aue & tu.*

PATER NOSTER.

VEnditur. *Aue benigniſſ.* Qui vili es prætio venditus. Vtinam tu mihi pretioſior chariorq; ſis omnibus. *Aue & tu ô glorioſiſſ.*

Atque lauat. *Aue benig.* Qui pedes lauiſti diſcipulorum. Da mihi cor mundũ ab omni

omni labe vitiorum, *Aue & tu ô glorioſiſsima.*

Statuens, *Aue benig.* Qui corpus tuum nobis tradidiſti & ſanguinem. Accende deſiderium noſtrum ad eorundem amorem & frequentationem. *Aue & tu.*

Anguſtia. *Aue benig.* Qui orans Sanguinem ſudaſti in agone. Vtinam ex abyſſo cordis, tibi me ſemper reſignem cum plena meijpſius abnegatione. *Aue & tu.*

Captus. *Aue benig.* Qui captus ligaris, diſcipulis fugiẽtibus. Vtinam tui tenear amore captus, & liber ſim à vitijs omnibus. *Aue & tu.*

Fert alapam. *Aue benig.* Qui à ſeruo cæſus es alapa. Fac me mitem ac patientem ſub omni iniuria. *Aue & tu.*

Petrus, *Aue benig.* Quem Petrus fleuit amare. Fac inter triſtia & læta me tecum perſeuerare. *Aue & tu.*

Reus eſt. *Aue benig.* Quem Caiphas damnans multifariam. Vtinam tibi afflictiſq; omnibus ex corde condoleam. *Aue & tu.*

Pilatus. *Aue benig.* Qui iniquè accuſaris ante præſidem. Vtinam facias, vt neminem

minem vnquam ſpernam aut iudicem. *Aue & tu.*

Herodes. *Aue benig.* Cui Herodes illuſit turpiter. Fac mei contemptum feram humiliter. *Aue & tu.*

PATER NOSTER.

CAEditur. *Aue benig.* Qui flagellaris atrociter. Vtinam tua flagella, aduerſaque omnia ſuſtineam hilariter. *Aue & tu.*

Et ſpinis. *Aue benig.* Cui corona impreſſa eſt ſpinea. Vtinam tuæ paſſionis me iugis vulneret memoria. *Aue & tu.*

Damnatus. *Aue benig.* Qui damnandus ſtas ante iudicē. Fac me perfectè mitem & humilem. *Aue & tu.*

Fert. *Aue benig.* Qui crucem tibi baiulas propriam. Vtinam perfectiſsimam tibi ſemper exhibeam obedientiam. *Aue & tu ô glor.*

Renouātur. *Aue benig.* Cuius renouantur vulnera te nudato. Vtinam me exuas & liberum ſerues ab omni amore priuato. *Aue & tu.*

Affigitur. *Aue benig.* Qui crucifigeris extenſus. Fac vt in me tui ſit amor perpe-

tuus ac immenſus. *Aue & tu ô glorioſiſſ.*

Latro. *Aue benig.* Qui latroni donaſti veniam. Recipe me quęſo confeſtim poſt mortem ad gloriam. *Aue & tu.*

Matremq́;. *Aue benig.* Qui matrem cõmendaſti diſcipulo. Vtinam à te & matre poſſidear pro filio. *Aue & tu.*

Relictus. *Aue benig.* Qui te clamabas derelictũ. Vtinam in omni preſſura cor mihi des tibi fideliſſimum, reſignatum & inuictum. *Aue & tu.*

Aceto. *Aue benig.* Qui acetum guſtas ſitim tolerans. Te ſolum fac vt ſitiam nil extra te deſiderans. *Aue & tu.*

PATER NOSTER.

EXpirat. *Aue benig.* Qui mortuus es in tormentis. Da vt mihi & mundo perfectè moriar, vitijſq́; ac omnibus concupiſcentijs. *Aue & tu.*

Foditur. *Aue benig.* Cuius cor miles aperuit ſuauiſſimum. Vtinam cor meum auferas prauiſſimũ, & des mihi cor amãtiſſimum, fideliſſimum ac miſericordiſſimum ſecundùm cor tuum. *Aue & tu ô glorioſiſſima.*

Soluunt. *Aue benig.* Qui de cruce matri redde-

redderis. Vtinam in tuo ſeruitio ſemper ſim perſeueremq; deuotus, ſtrenuus & hilaris. *Aue & tu.*

Sepelitur. *Aue benig.* Qui ſepeliris inuolutus ſyndone. Vtinam cor mihi des caſtiſſimũ, fidele ac purum ab omni contagione. *Aue & tu.*

E lymbo. *Aue benig.* Qui patres liberas deſcendens ad inferna. Vtinam defunctis omnibus ſit requiem ſempiternam. *Aue & tu.*

Surgens. *Aue benig.* Qui à morte reſurgens conſolaris matrem. Vtinam in morte te ſentiam redemptorem miſericordiſſimum ac fideliſſimum patrem. *Aue & tu.*

Aſcendit. *Aue benig.* Qui in cælum aſcendis plenus maieſtate. Vtinam ad te continuè ſuſpirem ardentiſſima charitate & profundiſſima humilitate. *Aue & tu ô glorioſiſſima.*

Mittens. *Aue benig.* Qui Spiritum ſanctum dediſti credentibus. Eundem mihi quæſo infunde cum donis omnibus. *Aue & tu ô glorioſiſſ.*

Aſſumptaq;. *Aue benig.* Qui coronas matrẽ ſuper cælos exaltatam. Da mihi

PSALTERIVM BEATISſimæ Virginis Mariæ, Roſarijs ſiue Quinquagenis tribus partitum.

QVINQVAGENAE PRIMAE DECAS I. PATER NOSTER.

CVncta creat. *Aue Maria, IESVS Chriſtus.* Qui nos & propter nos creauit omnia, Dulcis IESV (aut pijſsime IESV) vtinam tui à corde meo nunquam recedat memoria, Amen.

Vindex. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui de Cælo eiecit Angelos propter ſuperbiam. Dulcis Ieſu fac vt ſemper hac peſte caream, Amen.

Eligit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te ſibi in matrem elegit digniſsimam. Vtinam te matrem miſericordiæ nunquam non ſentiam, Amen.

Signata. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te Mundo præſignauit figuris & oraculis. Fac dulcis Ieſu, in hac vita à cunctis emunder delictorum maculis, Amen.

Promiſſa. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſanctiſsimis parentibus tuis te præ-

nunciauit naſciturã. Dulcis Ieſu vtinam hanc fœliciſſimam in hora mortis conſolatricem habeam, Amen.

Concipitur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuius mandato te Anna concepit ſterilis. Dulcis Ieſu, vtinam te concipiat anima mea cæca, adultera & inſtabilis, Amen.

Sine væ. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te ab omni præſeruauit vitio & macula. Dulcis Ieſu, cor meum ab omni delicto & vitio purifica, Amen.

Completur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui donis cunctiſque gratijs te impleuit ó feliciſſima. Dulcis Ieſu, vtinam tua iugis me regat ac poſſideat gratia, Amen.

Nata. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tua natiuitate mũdo exhibuit gaudium. Dulcis Ieſu, in te trãſeat & abſorbeatur cor meum & deſiderium, Amen.

Venuſta. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui mira te venuſtauit pulchritudine. Dulcis Ieſu, vtinam huius virginis capiar amore: vtinam huius nunquam ſatier veneratione, Amen.

Decas

Decas II. Pater noſter.

IN templum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui te corde deuotiſſimo obtuliſti in templum. Dulcis IESV, fac me tibi pure reſignem ſemper in tuum beneplacitum, Amen.

Dulcis. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te moribus dulcem fecit & cunctis amabilem. Fac me dulcis Ieſu pium, mitem & omnibus affabilem, Amen.

Perfecta. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui placuit in te, ſanctitatis & omnium virtutum perfectio. Heu Ieſu bone quãtum ſordet in oculis tuis mea iniquitas & viciorum corruptio, Amen.

Vouet. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui cœlibem inchoans vitam prima vouiſti virginitatem. Dulcis Ieſu, peccatis meis da veniam, & dans confirma in me puriſſimam perpetuamque charitatem, Amen.

Noua ſponſa. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te ſancto Ioſeph deſponſauit virgini. Dulcis Ieſu, vtinam amore tibi vniar inextinguibili, Amen.

Orat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Pro

cuius

cuius incarnatione tua ad Deũ frequentabatur oratio. Dulcis Ieſu vtinam in te tota mea ſemper trahatur affectio. Amen.

Aue: *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui te glorioſè ſalutauit per Angelum. Dulcis Ieſu, vtinam matris tuæ deuotiſſimum me facias filium, Amen.

Turbatur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Cuius tu nuncium audiens pro virginitate facta es ſollicita. Vtinam dulcis Ieſu, caſta deuotaque tibi ſemper continuem obſequio, Amen.

Concipit. *Aue Maria; Ieſus Chriſtus*. Qui Deus fieri homo dignatus eſt in tuo caſtiſſimo vtero. Vtinam pie Ieſu indeſinenter habites in cordis mei intimo, Amen.

Et pia geſtat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quem læta geſtabas nouem menſes in vtero. Vtinã dulcis Ieſu te in corde meo habeam perpetuo, Amen.

Decas III. Pater noſter.

AD montana. *Aue Maria, IESVS Chriſtus*. Quo imprægnata ad Elizabeth properaſti in montana.

Vti-

Vtinam pie Ieſu cæleſtia ſitiẽs faſtidiam cuncta mundana, Amen.

Pauet. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui Ioſeph trepidantem informauit cœlitus. Dulcis Ieſu fac me ſimplicem & liberum à malis ſuſpitionibus, Amen.

Peregrina. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quem in vtero habens in Bethleem carebas hoſpitio. Dulcis Ieſu fac me pauperem ſpiritu, vt humano libenter caream ſolatio, Amen.

Parit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quem virgo paris abſq; dolore puerpera. Dulcis Ieſu, vtinam tibi renaſcar indies in maiori gratia, Amen.

Latriam dat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quem adorabas natum mente deuotiſſima. Vtinam dulcis Ieſu, tui nominis omnibus inſit amor & reuerentia, Amen.

Lactat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quẽ virgineis lactaſti vberibus. Dulcis Ieſu, fer opem, & conſolationem afflictis omnibus, Amen.

Condoluit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Cuius afflictioni condoles in tenera infantia, Ieſu bone fac vt carnes non quærant commoda, Amen.

Con-

Congaudent. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem laudant Angeli paſtoribus aduenientibus. Dulcis Ieſu, vtinam deuotè & ſtrenuè tuis ſemper inſiſtam laudibus. Amen.

Integra. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quo nato ſponſo cohabitas virgo perpetua. Dulcis Ieſu, per te mihi detur caſtitas, manſuetudo & temperantia, Amen.

Scindunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui circumciſus fudit ſanguinem. Hunc tibi pie Ieſu, offero in totius mundi expiationem, Amen.

Decas VI. Pater noſter.

TRes veniunt. *Aue Maria, IESVS Chriſtus.* Quem Magi adorantes, tria obtulerunt munera. Vtinam tibi pie Ieſu perfectè deuoteq; exoluam mea debita, Amen.

Siſtunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quē virgo cādidiſſima intuliſti in templum. Dulcis Ieſu, fac nos tuæ ac matris imitari humilitatis exemplum, Amen.

Fugiunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quē in AEgyptum ferēs, Herodis fugiſti perſecutionem. Dulcis Ieſu, vtinam fugiam

exe-

execrerque omnem mundanam conſolationem, Amen.

Exul. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cum quo ſeptenne toleraſti exilium. Dulcis Ieſu, afflictorum omnium tu conſolare gemitum, Amen.

Pia nutrit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem materna cura, & manum nutriſti laboribus. Vtinam dulcis Ieſu, à te regar & paſcar tanquam adoptionis filius, Amen.

Hinc redit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem ex AEgypto reduxiſti ad patriam. Dulcis Ieſu, vtinam contempo mundo te ſolum ſitiam, Amen.

Ad feſtum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tecum iuit ad templi feſtiuitatem. Dulcis Ieſu, fac me continuis anhelare ſuſpirijs ad æternæ vitæ felicitatē, Amē.

Quærunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem amiſſum triſtis quærebas triduo. Dulcis IESV, da vt nunquam te amittam, ſed totus tibi inhæream perpetuo, Amen.

Parenſque. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui de templo rediens tibi manſit ſubditus. Dulcis Ieſu, vtinā tibi & tui amore

cun-

cunctis obediam mortalibus, Amen.

Latebat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tibi commorans, ad annum vſque latebat triceſimum. Dulcis Ieſu, nil me oblectet quæſo, nihil afficiat temporale aut mundanum, Amen.

Decas V. Pater noſter.

IOrdanis. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui baptizatus eſt in Iordane flumine. Dulcis IESV, à cunctis vitijs & negligentijs purifica me in tuo ſanguine, Amen.

Tentat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tẽtari ſe paſſus eſt poſt abſtinentiã. Vtinam pie Ieſu, nullo tentationi ſuccumbam, nulli peccato conſentiã, Amen.

Vocat hos. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui diſcipulos vocans inſtituit prędicationi. Dulciſsime Ieſu, fac me feruenter deuotum, quo reſpondeam tuæ vocationi, Amen.

Incommoda. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui famẽ, ſitim tulit & frigora. Vtinam tui amore pijſsime Ieſu cuncta feram incommoda, Amen.

Feſſus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui fati-

fatigatus eſt labore & itinere. Da mihi Ieſu dulciſſime, inuictum animum, qui nullo deficiat grauamine, Amen.

Mira facit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſigna faciens, infirmis contulit ſanitatem. Dulciſſime Ieſu, mentis meę, vniuerſæque Eccleſiæ reforma deformitatem, Amen.

Docuit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuius prædicationes Euangelicas audiebas affectuoſiſsime. Amabiliſsime Ieſu, vtinam eiſdem obtemperem deuotiſſime, Amen.

Pius eſt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui peccatores vocans recepit & quęrit miſericorditer. Pie Ieſu, fac tractum tuum ſequamur omnes perfectè & hilariter, Amen.

Iniuria. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui à Scribis multas ſuſtinuit iniurias. Vtinam laudes & honores execrans patientiſsimè feram contumelias, Amen.

Palmis. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſedẽs ſuper aſinam, vrbis fleuit excidiũ. Dulciſſime Ieſu, fac vt cor meum medullitus vulnerent peccata, tuumq; obprobrium, Amen.

ROSA-

ROSARII, SIVE QVINQVA-GENAE SECVNDAE.

Decas I. Pater noſter.

VEnditur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem Iudas triginta vendidit argenteis. Heu bone Ieſu, quã ſæpê te viliorem habui, rebus viliſſimis, Amen.

Abſcedit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ad paſſionem iturus, te matrem reliquit triſtiſſimam. Ah vtinam dulciſſime Ieſu, relictis omnibus, te ſolum ſitiam, tibi ſoli inhæream, Amen.

Cænat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui Paſcha obſeruans, legi ſe ſubdidit. Vtinam pie IESV, tua ſuppleat obedientia, quicquid mea ſuperbia neglexit, Amen.

Lauat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui pedes lauit diſcipulorum. Vtinam dulciſſime Ieſu, in tuo ſanguine lauer ab omni ſorde peccatorum, Amen.

Inſtituens dat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſacramentum inſtituens, ſeipſum nobis tradidit mira clementia. Dulciſſime Ieſu, da nobis hoc ſacramentum amare,

amare, illudque ſumendo frequentare cum timore & reuerentia, Amen.

Prædicat. *Aue Maria, Ieſus Chiſtus.* Qui diſcipulos dulci conſolabatur ſermone. Vtinam in nulla re cõſolationem recipiam, præterquam in tui dilectione, Amen.

Exiuit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui vltro ſe obtulit, exiens ad paſſionem. Vtinã perfectam ad omnia mihi infundas animi reſignationem, Amen.

Triſtis fit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui triſtis vſq; ad mortem cępit pauere. Fac me pie Ieſu pro nulla re, niſi pro dilecto dolere, Amen.

Orat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ter orans in Patris ſe reſignauit voluntatem. Infunde mihi quæſo dulciſſime Ieſu, qua me tibi medullitus relinquam, perfectiſſimam charitatem, Amen.

Ad illos. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ab oratione ſurgens, curam habuit diſcipulorũ. Dulciſſime Ieſu, fac vt ex charitate mihi neceſſitates præferam proximorum, Amen.

Decas

Decas II. Pater noſter.

ANgelus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui in agone conſtitutus ab Angelo dignatus eſt cõfortari. Conforta me dulcis Ieſu, vt nulla valeã tentatione ſuperari, Amen.

Et ſudat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui præ anguſtia ſudorem emittit ſanguineum. Vtinam ex ſingulis membris tibi pie Ieſu, amoris & laudis offeram holocauſtum, Amen.

Fit obuius. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ad patiendũ hoſtibus ſe vltro dedit obuiũ. Da mihi dulciſſime Ieſu animum tibi ad omnia paratum, Amen.

Oſcula. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſuo traditori dedit oſculum. Dulciſſime Ieſu, fac vt inimicis & quibuſuis hominibus, perfectè charitatis, impendam officium, Amen.

Sanat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui Malchi ſanauit auriculam. Pie Ieſu fac me charitate & miſeratione plenum, vt pro malis bona ſemper retribuam, Amen.

Captum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui manus

manus iniecerunt ſacrilegas. Vtinam æquanimiter omnes ſuſtineam, pie Ieſu, iniurias. Amen.

Fune ligant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem veluti impotentem ligauerunt vinculis. Chriſte Ieſu, inſeparabiliter quæſo alliga me tibi ardentiſſime, funibus charitatis, Amen.

Fugiunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem, fugientes, reliquere diſcipuli. Vtinam Deus meus, omnes cogitationes & affectiones meas tibi vnias amore inſeparabili, Amen.

Annas. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem ad Annam duxit cohors militum. Dulciſſime Ieſu, quicquid mihi pro te agendum patiendumve fuerit, ad hoc meum flagret deſiderium, Amen.

Alapam fert. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui à ſeruo tulit alapam, Pie Ieſu, fac vt libenter omnem ſuſtineam iniuriam, Amen.

Decas III. Pater noſter.

TEr negant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quem Petrus negans fleuit amare. Quicquid te dulcis Ieſu [illegible] offen-

offendit, fac me execrando deuitare, Amen.

Ad Caipham. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui vinctus ducitur ad Caipha͂. Trahe me poſt te pie Ieſu, ne vnquam à te recedam, Amen.

Teſtes. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tacuit falſis accuſatus teſtibus. Fac pie Ieſu, vt patiens taceam quibuſcunq; iniurijs grauatus, Amen.

Blaſphemia. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui iniquè impoſuerunt blaſphemiam. Vtinam dulcis Ieſu, cogitem ſemper & reuerear tuam prę ſentiam, Amen.

Damnant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui mortis pertulit damnationem. Hanc pie Ieſu, ego tibi & tu patri offer in peccatorum noſtrorum purgationem Amen.

Cæſus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui propter me colaphis cæſus eſt & alapis. Vtinam dignum me ſentiam cupiamque affici opprobrijs & iniurijs. Amen.

Conſpuitur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui propter nos dignatus eſt conſpui & fœdari. Non patiaris me pijſſime

me IESV, cogitatione praua aut turpi coinquinari, Amen.

Velant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui illuditur facie velatus. Videam Ieſu bone, meam turpitudinem, meoſq́; omnes fleam reatus, Amen.

Fert multa. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui alia multa tulit opprobria. Dulcis Ieſu, accendantur in corde meo feruentiſſima, pro te patiendi deſideria, Amen.

Pilato. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui vinctus adductus eſt iudici, vtinam pie IESV, gaudeam accuſari & deſpici, Amen.

Decas IV. Pater noſter.

ACcuſant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui paſſus eſt iniuſtè ſe accuſari. Vtinam bone Ieſu, ab omni detractione merear mundus præſeruari, Amen.

Regi. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui Herodi adductus & accuſatus noluit reſpondere. Per hoc ſilentium tuum pie Ieſu obſecro, ab omni otioſo verbo me facias abſtinere, Amen.

Spernitur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui

Qui ab Herode vt fatuus eſt ſpretus. Vtinam pie Ieſu mei contemptum ſemper ſuſtineam lætius. Amen.

Hinc redit, *Aue Maria, Ieſus Chiſtus*. Qui in alba reducitur veſte factus obprobrium. Vtinam dulcis IESV mundana omnia ſint mihi crux & faſtidium, Amen.

Vnum è duobus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Cui prætulerunt Barrabam. Dulciſſime Ieſu, fac te ſuper omnia diligens omnibus præferam, Amen.

Nudatum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Quem nudauerunt veſtibus. Da mihi dulciſſime Ieſu veram paupertatem ſpiritus, Amen.

Ligant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui dirè ligatus eſt ad columnam. Vtinam pie Ieſu amore inextinguibili, tibi colligatus ſemper maneam, Amen.

Cædunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui crudeliſſimè ſe permiſit flagellari. Vtinam dulcis Ieſu, in hac vita totus à peccatis & vitijs omnibus merear miſericorditer purgari, Amen.

Spiniſque, *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui coronam portauit ſpineã. Vtinam

tum

tuæ paſſionis indelebilem pie Ieſu mihi imprimas memoriam, Amen.

Deludunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui illuſus cæditur arundine. Fac pie IESV, vt pœnitiſſime me abnegans, cuncta aduerſa à te recipiam cum gratitudine, Amen.

Decas V. Pater noſter.

EXhibitus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui oſtentatur ad ignominiam. IESV bone, nihil fac agam per oſtentationem, aut inanem gloriam, Amen.

Damnatur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui damnatur ſtans ante iudicem. Dulcis Ieſu, fac me totum innocẽtem, mundum ac ſimplicem.

Amictus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui reinduitur ſuis veſtibus. Vtinam pie Ieſu, tuis veſtiri mereamur meritis & virtutibus, Amen.

Sub Cruce. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui egreſſus eſt vrbem crucem ſuam baiulando. Sequar te quocunque ieris pie Ieſu, me perfectiſſimè abnegando, Amen.

Flebant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quē fleuit ſequentium mulierum deuotio. Vtinam dulcis Ieſu, duritiam meam liquefaciat amoroſa tuæ matris compaſſio, Amen.

Aſſociant, *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui ſociauerunt latrones ad ignominiam. Vtinam præter te pie Ieſu, nemini placere appetam, nec diſplicere timeā, Amen.

Simon. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui à Simone poſt ſe voluit crucem portari. Vtinam pie Ieſu, imitando atq; compatiendo totus tibi & matri tuæ merear conformari, Amen.

Vinum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui myrrhatum vinum dignatus eſt guſtare. Fac me piiſſimè Ieſu, oēs delectationes ſenſuales concupiſcentiaſque vitiorum perfectè mortificare, Amen.

Nudant. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Quē ad crucem nudantes derident. Vtinam ab omnibus nudus inueniar, quæ pie Ieſu tibi diſplicent, Amen.

Renouantur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui dolores renouātur & vulnera. Vtinam dulcis Ie[illegible] ouentur [illegible] indies

indies contritionis atque amoris Diuini ſuſpiria, Amen.

ROSARII, SIVE QVINQVAGENAE TERTIAE.

Decas I. Pater noſter.

EXtenſus, *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuius corpus extenſis mēbris diſſipatur. Heu quantum mēs mea in diuerſa diſtrahitur. Vtinam tibi ô Ieſu vniatur, Amen.

Crucifigitur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui clauis dignatus eſt crucifigi. Vtinā pijſsime Ieſu, clauis amoris inſeparabiliter tibi merear affigi, Amen.

Orat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui orauit pro ſuis crucifixoribus. Fac pie Ieſu, vt affectum & beneficia charitatis impendam inimicis & perſecutoribus, Amen.

Scripſit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui triumphalis inſcriptus eſt titulus. Ille bone Ieſu, nos ſaluet à malis & inimicis omnibus, Amen.

In altum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui cum [illegible] pœnis magnis in

cruce eleuatur. Vtinam adeo in te rapiatur, abſorbeatur, vniaturque tibi mens mea, dulcis Ieſu, vt terrenorum omnium obliuiſcatur, Amen.

In tribus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui tribus horis & clauis ponderis, cruciatum tolerauit ineffabilem. Vtinam pie Ieſu, quæcunque dura, hilariter ſuſcipiam, & patientiſſimè ac gratias agendo tolerem, Amen.

Effluxit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Ex cuius vulneribus Sanguinis manauit cōpia. Præſtet hic dulcis Ieſus afflictis & defunctis omnibus pia refrigeria, Amen.

Diuidunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuius veſtes diuiſerunt milites. Pie Ieſu, ab Eccleſia tua aufer ſciſmata, errores & cunctas hæreſes, Amen.

Blaſphemia. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui exprobratum eſt à prætereuntibus. Dulciſſime Ieſu, da mihi vt ex toto corde cōpatiar miſeris omnibus, Amen.

Latro. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui latroni promiſit paradiſum. Dulcis Ieſu, fac vt hanc percipiam abſq; dilatione poſt hac exitu[illegible] [illegible]en.

Decas II. Pater noſter.

VNdique. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui in ſingulis membris patienti exaggeratur pœna multiformiter. Pie Ieſu, fac vt omne tempus, omneſque vires in tui laudem expēdam fideliter, Amen.

Condoluit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cui tu pia mater & ipſe tibi condoluit lachrymabiliter. Vtinam ex cordis mei medullis, vobis compatiar inconſolabiliter, Amen.

Mulier. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te virgini cōmendauit diſcipulo, quæſo ô miſericordiſſima, tenear poſſidearque à te ſemper pro filio, Amen.

Tenebraſque. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Ante cuius mortem eſt ſol obſcuratus. Da pijſſime Ieſu, vt animus ſit mihi miſericordiſſimus ad omnium conſolationem paratus, Amen.

Relictus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui flebiliter à Patre ſe clamabat derelictum. Da mihi pie Ieſu, animum in omni tentatione & preſſura fortem atque inuictum, Amen.

Et ſitiens. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ſitim tolerauit vehementiſſimã. Vtinam Deus meus, honorem tuũ ac animarum ſalutem vehementiſſimam, Amen.

Guſtat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui acetum guſtauit felle mixtum. Fac dulciſſime Ieſu, vt corporis conſolatione vtar duntaxat ad neceſſitatem, non ad deſiderium, Amen.

Complet. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* cõſummata dixit omnia. Dulciſſime Ieſu, fac vt in te dirigam & perficiã omnes intentiones meas & ſtudia, Amen.

Moritur. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui clamans moritur in tormentis. Miſericordiſſime Ieſu, fac perfectè me mori mundo, vitijs & omnibus concupiſcentijs, Amen.

Gemuerunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Poſt cuius mortem pœnitentes tundebant pectora. Detur ô pijſſime Deus cũctis peccatoribus & pœnitentia & miſericordia. Amen.

Decas III. Pater noſter.

TErra tremit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Ad[illegible] mortem contremuit

Mun-

Mundus. Pie Ieſu, vtinam pro peccatis meis,& pro tua paſſione ſit mihi continuus gemitus, Amen.

Mileſque. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuius latus & cor aperuit lancea. Hic quæſo dulciſſime Ieſu, inhabitet cor meum & anima, Amen.

Reſoluunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui de Cruce depoſitus eſt veſpere. Fac me vſque ad mortem dulciſſime Ieſu, in cruce & in omni beneplacito tuo ſemper manere, Amen.

Syndone. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui aromate conditus, inuoluitur ſindone. Dulcis Ieſu, exornet me gratia tua perfectiſſima caſtitate, Amen.

Planctus. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui multorum eſt lachrymis planctus. Dulcis Ieſu, fac vt & iuges pro peccatis meis fundam lachrymas, & amor tui in me ferueat perſeueretque immaculatus & ſanctus, Amen.

In tumulũ. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui alieno ſepultus eſt tumulo. Vtinam pie Ieſu, cor meum ita in te ſepelias, vt nihil ſciat de hoc ſeculo, Amen.

Redeũt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* A cuius

ius tumulo regreſſa es cum triſtitia. Vtinam à te ô mater clementiſſima, nunquã recedam, ſed ad tuos ſemper pedes maneam in tua gratia, Amen.

Ad limbum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui ad patres deſcendit in limbum. Vtinam bone Ieſu, paſſio tua defunctis omnibus præſtet refrigerium, Amen.

Gaudia. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Ad cuius præſentiã patres obtinuerunt gaudia. Conſoletur pie Ieſu, defunctos omnes, tua miſericordia, Amen.

Secum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui electos oẽs ſecũ duxit in Paradiſum. Vtinam pie Ieſu, paſſio & mors tua defunctis omnibus plenum ſit ſolatium, Amẽ.

Decas IV. Pater noſter.

SVrrexit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui à morte reſurrexit cũ maieſtate. Vtinam tibi ſoli Ieſu, bone placere cupiam in perfectiſſima humilitate, Amen.

Matri. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te primã viſitans impleuit cõſolatione. Vtinã anima mea dulcis Ieſu, caſtiſſima tibi ſemper placeat deuotione, Amen.

Appa-

Apparet. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui apparens mœſtos confortauit diſcipulos. Pie Ieſu, conforta omnes in triſtitiam conſtitutos, Amen.

Veſcens. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui conueſcebatur diſcipulis ad eorundem roborationem. Fac tibi pie Ieſu, in corde meo iugem delectationem, Amen.

It in altum. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui in cælos aſcendit glorioſè. Dulcis Ieſu, trahe cor meum poſt te, vt tibi inhęreat inſeparabiliter & amoroſè, Amẽ.

Mittẽs. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui miſit Spiritum ſanctũ credentibus. Dulcis Ieſu, infunde hunc nobis cũ gratijs, donis & fructibus ſuis omnibus, Amen.

Conuertunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui diſcipulos prædicare miſit in omnem terram. Dulcis Ieſu, da mihi vt tuum honorem & beneplacitum purè ſuper omnia quæram, Amen.

Martyr. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Pro quo martyres paſſi ſunt magna conſtantia. Diligam te Deus meus, vt neque triſtia me à te auellant, neq; ſuauia, Amen.

Virgoque. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Cuiꝰ amore homines innumeri obſerua-

 runt

runt caſtitatem. Dulcis Ieſu, da mihi caſtiſſimam cordis & corporis puritatem, Amen.

Superſtes. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te reliquit ſuperſtitem ad Eccleſiæ vtilitatẽ. Dulcis Ieſu, infunde mihi perfectiſſimam manſuetudinem, patiẽtiam & longanimitatem, Amen.

Decas V. Pater noſter.

Migrauit. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te ad cęleſtia vocauit per ſuauẽ dormitionẽ. Ieſu piiſſime, aſtet mihi in hora mortis, matris & tuum præſidium contra omnem tentationem, Amen.

Aſſumpta. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te aſſumptam glorificauit in corpore & anima. Ah pie Ieſu, vtinam conformes me in tua gratia, Amen.

Supremaq;. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te exaltauit ſuper cælos & ſuper omnem poteſtatem. Da mihi dulciſſime Ieſu, profundiſſimam ſubiectionem & humilitatem, Amen.

Proxima. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui te proximam fecit ſanctiſſimæ Trinitati. Dulciſſime Ieſu, fac me confor-

mem

mem in omnibus tuæ ſanctiſſimæ voluntati, Amen.

Fulget. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui cęlum & terrã illuminat tua gloria. Illumina me quæſo pie Ieſu, ad cognoſcẽdã & deteſtãda mea vitia & peccata, Amen.

Imperat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui te cælorum imperatricem fecit, cui omnes obediant. Fac ô pijſſime Ieſu, omnes vires meæ modo tibi gratiſſimo ſeruiant, Amen.

Exorat. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui tibi ſeruientibus retribuit deſiderata. Hoc vnum rogo ſanctiſſima, vt tu tota ſis mea, tota poſt Deum ſis vnicè & caſtiſſimè amata, Amen.

Concors. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Cui adeo coniuncta es, vt tota tibi conſentiat Trinitas. Vtinam pie Ieſu, cor meum tibi conſentiat, adeo te diligat, vt mihi tecum ſit vnum cor & vna voluntas, Amen.

Creſcunt. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus*. Qui tua gaudia nõ minui, ſed facit creſcere. Dulcis Ieſu, & in matris amore fac me indies proficere, & nunquam deficere, Amen.

Veniet-

Venietque. *Aue Maria, Ieſus Chriſtus.* Qui mundi Iudex eſt venturus. Dulcis Ieſu, vtinã in tuis hic meritis expurger, ad gaudia in morte liber iturus, Amen.

ORATIO IN FINE, *AVT quoties ab orando Aue Maria ceſſas, dicenda.*

VT tuam Domine miſericordiam conſequamur, fac nos per interceſſioné Beatiſſimæ virginis Mariæ matris, Beatæ Barbaræ, Beatæ Mariæ Magdalenæ, N. N. & omnium Sanctorum tuorum toto corde tibi eſſe deuotos, humiles, caſtos, mites, pios, miſericordes, benignos. Et vt vitæ noſtræ felix ſit terminus, ſecurusque animæ ac beatus exitus. Fac vt tu ſis dulcis Ieſu modo nobis omnia in omnibus. Qui cum Patre & Spiritu ſancto benedicaris Deus ab omnibus glorioſus, Amen.

VERSVS QVI ARTICVLOS Pſalterij huius ſequentis eorundemque ordinem ſignificent.

CVncta creat, vindex, elegit, ſignata, promiſſa,
Concipitur, ſine væ, completur, nata, venuſta,
In templum, dulcis, perfecta, vouet, noua ſponſa,

Orat,

Orat, aue, turbatur, concipit, hunc pia geſtat,
Ad montana, pauet, peregrina, parit, latriam dat,
Lactat, condoluit, congaudent, integra, ſcindunt,
Tres veniunt, ſiſtunt fugiunt, exul, pia nutrit,
Hinc redit, ad feſtum, quærunt, parensque,
latebat,
Iordanis, tentat, vocat hos, incommoda, feſſus,
Mira facit, docuit, pius eſt, iniuria, palmis,
Venditur, abſcedit, cœnat, & lauat, inſtituens dat,
Prædicat, exiuit, triſtis fit, orat, ad illos,
Angelus, & ſudat, fit obuius, oſcula, ſanat,
Captum, fune ligant, fugiunt, Annas, alapam fert,
Ter negat, ad Caiphā, teſtes, blaſphemia, damnant,
Cæſus, conſpuitur, velant, fert multa, Pilato,
Accuſant, regi, ſpernitur, hinc redit, vnū è duobus,
Nudatum, ligant, cædunt, ſpinisque, deludunt,
Exhibitus, damnatur, amictus, ſub cruce, flebant,
Aſſociant, Simon, vinum, nudant, renouantur,
Extenſus, crucifigitur, orat, ſcripſit, in altum,
In tribus, effluxit, diuidunt, blaſphemia, latro,
Vndique, condoluit, mulier, tenebrasque, relictus,
Et ſitiens, guſtat, complet, moritur, gemuerunt,
Terra tremit, mileſq; reſoluunt, ſyndone, plāctus,
In tumulum, redeunt, ad lymbum, gaudia, ſecum,
Surrexit, matri, apparet, veſcens, it in altum,
Mittens, conuertunt, martyr, virgoque, ſuperſtes,
Migrauit, aſſumpta, ſupremaque, proxima, fulget,
Imperat, exorat, concors, creſcunt, venietque.

ROSARIVM RYTHMICUM Ieſu Chriſti, Beatiſſimæquè matris eius Mariæ vitam, paſſionem, glorificationemquè breuiſſimè complectens.

AD DOMINVM IESVM ſupplicatio.

IESV tuum ob amorem
Mœrorem, mortem, dolorem,
Ah Eccleſiam defende,
Reforma, rege, ſuccende.
Salua miſeros & iuſtos,
Reos, nobiſque commiſsis:
In te præſta pacem cunctis,
Nobis, viuis & defunctis, Amen.

Decas I. Pater noſter.

IESV cuncta qui creaſti,
Nos peccantes toleraſti:
Fac commiſſa nos deflere,
Deflendaque præcauere,
Alleluia, *Aue Maria, &c.*
IESV matrem præſeruaſti,
Cunctis donis adoraſti:

In te

In te mala noſtra purges,
Et in bono nos confirmes,
Alleluia, *Aue Maria, &c.*
IESV virgo ſalutata,
Te concepit fœcundata:
Caſti, humiles, feruentes,
Te ſumamus, nos reddentes.
Alleluia, *Aue Maria, &c.*
IESV mater ſeniorem
Adit, vngis præcurſorem:
Proximis fac nos ſeruire,
Intus tecum cor vnire.
Alleluia. *Aue Maria, &c.*
IESV virgo Deo plena,
Te produxit abſque pœna.
Vetuſtati moriamur
In te ſæpè renaſcamur.
Alleluia, *Aue Maria, &c.*
IESV te paſtores quærunt,
Angeliq́ue laudauerunt:
Fac nos ſemper te laudare,
Tuum nutum obſeruare.
Alleluia. *Aue Maria, &c.*
IESV diceris ſaluator,
Circuncifus vt peccator:
Noſtra circumcide praua.
Corda, ſenſus, verba vaga.

Alle-

Alleluia, *Aue Maria, &c.*

IESV reges te dotarunt,
Honorantes adorarunt:
Vota reddamus oblata,
Debitaque mente grata.
Alleluia, *Aue Maria, &c.*

IESV templo præſentatus,
Es redemptus, nobis datus:
Fac nos humiles, ſubiectos,
Puros in te recollectos.
Alleluia, *Aue Maria, &c.*

IESV regem dum fugiſti,
Exul inopſque fuiſti:
Pure te fac intendamus,
Mala ſumme fugiamus.
Alleluia, *Aue Maria.*

Decas II. Pater noſter.

IESV mater te nutriuit,
Tibi humilis ſeruiuit:
Fac nos ſequi paupertatem,
Tuam & ſimplicitatem.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV mater te docentem,
Templum quærit incolentem:
Nos feruenter fac orare,
Ad te ſemper ſuſpirare.

Alle-

Alleluia, *Aue Maria.*

IESV matri paruiſti,
Noſtras culpas deplanxiſti:
Fac noſipſos abnegemus,
Culpas digne deploremus.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV diu latitaſti,
Et pro nobis exoraſti:
Fac nos viles æſtimari,
Funditus mortificari.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV pie baptizaris,
Et à patre declararis:
Laua fonte tui cordis,
Fœditatem noſtræ ſordis.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV diu ieiunaſti,
Sathanamque ſuperaſti:
Fac nos carnem macerare,
Hoſtes in te ſuperare.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV feſſus ambulando,
Multa ſuffers prædicando:
Pro te famem & labores,
Patiamur & dolores.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV ſigna facis mira,

Sanas

Sanas morbos, pellis dira:
Vulneratos & infectos,
Fac nos ſanos & perfectos.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV gratis te oderunt,
Benefacta peruerterunt:
Mundi plenum da contemptum,
Semper tibi cor intentum.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV palmis honoraris,
Intrans vrbem lachrymaris:
Proſperis non reſoluamur,
Nec aduerſis moueamur.
Alleluia, *Aue Maria.*

Decas III. Pater noſter.

IESV, de te cibum facis,
Quo nos largè ſemper paſcis:
Tantus amor mundet, ornet,
Nos abſorbeat, transformet.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV ſanguinem ſudaſti,
Orans dum te reſignaſti:
Mentem confer inflammatam,
Semper tibi reſignatam.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV lupis tradebaris

Digitized by Google

Captus, vinctus trahebaris:
Deputati à rancore,
Hoſtes vincamus amore.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV vinctus accuſaris,
Tacens crebo iudicaris:
Linguam doce frenare,
Senſus omnes caſtigare.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV cæſus, laniatus,
Es conſputus, blaſphematus:
Da cor mundum & ornatum,
Tuis pœnis vulneratum.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV nudus alligaris,
Flagris cæſus laniaris:
Tibi ſtringas nos nudatos,
Et confortes flagellatos.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV ſpinis te coronant,
Cædunt, conſpuunt, adorant:
Spinas tuas fac tranſire,
Noſtras ſenſus & munire.
Alleluia. *Aue Maria.*
IESV falsò iudicaris,
Pro latrone damnabaris:
Alios non iudicemus,

Sed

Sed noſipſos condemnemus.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV crucem dum tuliſti,
Sub hac ruens defeciſti:
Te perfectè nos ſectari,
Fac in cruce gloriari.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV dolor renouatur,
Corpus tuum dum nudatur:
Mentem præſta renouatam,
A creatis denudatam.
Alleluia, *Aue Maria.*

Decas IV. Pater noſter.

IESV cruci conclauaris,
Neruis ruptis laceraris:
Fac nos tecum crucifigi,
Conformari totos tibi.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV crucifixus oras
Pro tortoribus, quos ploras:
Inimicos diligamus,
Salues illos obſecramus.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV veniam petenti,
Das latroni pœnitenti:
Sic nos viuos, nunc repurges,

Ne quid poſt purgandum ſerues.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV matrem commendaſti,
Nobis hanc donaſti:
Hæc nos ſeruet in preſſura,
Nos materna regat cura.
Alleluia. *Aue Maria.*
IESV totus es afflictus,
Et à patre derelictus:
A te nunquam relinquamur,
Cum afflictis affligamur.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV ſiti aruiſti,
Cum aceto fel ſumpſiſti:
Voluptates reſpuamus,
Te præſentem ſitiamus.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV cuncta conſummaſti,
Et nos plene liberaſti:
Fac excuſſo nos torpore,
Semper ſtabilias amore
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV noſtros ob reatus,
Mortis ſuffers cruciatus:
Tua morte nos transfige,
Cuncta vitia occide.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV

IESV mors quæ te proſtrauit,
Cor maternum penetrauit:
Dolor in nos transferatur,
Quo cor matris figebatur.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV tuum cor ſecatur,
Nobis datur, reſeratur:
In hoc fac nos commorari,
Repurgari, transformari.
Alleluia, *Aue Maria.*

Decas V. Pater noſter.

IESV te de cruce ſoluunt,
Matri datum poſt inuoluunt:
Crucem nunquam deſeramus,
Tibi plene confidamus.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV pie ſepeliris.
Aromatibus condiris:
Nos virtutibus fulciri,
In te fac nos ſepeliri.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV lymbum deſtruxiſti,
Et captiuos eduxiſti:
Defunctorum miſerere,
Et in morte nos tuere.
Alleluia, *Aue Maria.*

Digitized by Google

IESV mater tuam mortem
Penſans, planxit triſtem ſortem:
Tua morte nos mutari,
Fac & ſemper inflammari.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV victor ſurrexiſti,
Matrem inuiſiſti:
A peccatis fac ſurgamus,
Tibi ſoli hinc viuamus.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV cælos reſeraſti,
Dum ad patrem remeaſti:
Non in multa diſtrahamur,
Mente ſurſum te ſequamur.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV ſpiritum miſiſti,
Mundum ad te conuertiſti:
Hic nos ſuis donis mundet,
Vrat, firmet ac fœcundet.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV matrem coronaſti,
Mirè tecum ſublimaſti:
Hæc in morte nos defendat,
Vt cor totum in te tendat.
Alleluia, *Aue Maria.*

IESV iudex es venturus,
Cuique iuſta redditurus:

Fac

Fac peccata nos plorare,
Te perfectè nunc placare.
Alleluia, *Aue Maria.*
IESV tibi laus, maieſtas,
Quia nobis cuncta præſtas:
Mœſtos iuua, iuſtos ſerua,
Reos ſana, cunctos ſalua.
Alleluia, *Aue Maria gratia, &c.*
Antiph. IESV tuum in amorem,
Plagas, pium cor, dolorem:
Trahe nos, in nobis manens,
Noſque totos, vt vis, regens.
Verſ. Spiritu rebus exutos,
Nude tecum fac vnitos:
Anima nos vulneratos,
Senſibus fac reformatos.

ORATIO.

Domine IESV Chriſte, obſecro te per tuum amorem, & mȩrorem per dolorem vulnerum tuorum, per effuſionem ſanguinis tui, & per virtutem mortis tuæ, miſerere Eccleſiæ tuæ, & animæ meæ, & omniū afflictarū animarū: & da nobis veniam, gratiam, & omniū virtutum perfectionem: mortemque felicem, & requiem æternam, Amen.

FINIS.

Digitized by Google